Artificialis introductio per modum Epitomatis in decem libros Ethicorum Aristotelis adiectis elucida-ta cómen tariis.



Agister Iacobus Baptista eremitani ordinis.
Bartholomeo Mauroceno patritio veneto.
S. P. D. Nulli certe iustius ex vniuersa hac iuuẽtute veneta dicari a me presens opusculũ debuit: vel qȯ ex Fabri schola viri nostra etate cõsumatissimi: et tibi in primis grati manarit: vel qȯ tale sit: vt cum morales introductionẽ cõplectatur: possis tu in eo multa: que tu iã possideas: tanq̃ in speculo intueri: aut si quid minus adhuc per etatem perfectũ politumq; in te sit hac lectione et absoluere: et absolutum excolere. Ego v̇o hanc tibi moralem introductionem eo libentius nuncupandam duxi: ꝙ cum summo mihi beniuolentie vinculo coniunctus sis quippe quem in logicis instruxerim non minore studio ac filium: nunc non possim te iam in philosophie studijs etiam atq; etiam celebrem non summopere diligere: teq; adhortari: vt quod facis per te ipsũ satis acriter nostris quoq; adhortationibus aliq̃d quo studij ardentioris accedat. leges tu certe rem non tibi solum vtilem: sed his omnibus: qui compendijs rerum capti nihil magis q̃ breuitatẽ: in qua tamen non sint obscure tradita precepta sectentur. sed et introductio ea super re facta est: quã nescio an prima omnium sit que a nobis queri indagariq; debeant. Cum. s. sine bonis moribus viuere: sit non hominem sed feram vixisse. Vale et salue et reliqua vel logice facultatis vel physice aut a Fabro nostro in latinum versa aut paraphrasibus explicata nostra correctione imprimenda ꝓpediẽ expectes. Venetijs die. xxviij. septemb.

ℭ Prologus auctoris huius moralis introductionis in Ethicen Aristotelis.



Cum humana vita duobus potissimum perficiatur/actione et contemplatione: Aristotelis philosophi diligentia factum est/ vt nihil omissum videatur: quo minus vtranq3 vitam nobis paremus. Fuit nanq3 in logicis rationalis subtilissimus/ in physicis mundanus philosophus/in Ethicis totus prudens/et actiuus/in polyticis iurisconsultus/in metaphysicis sacerdos atq3 theologus. Quo fit: vt qui rationaliter sunt philosophaturi: prius in suis logicis sint instituendi. Mox ad Ethicen se conuertant/que beate vite dux/magistraq3 est. quo purgata iam mente/tam ad naturales: q3 ad diuinas felicius euebantur contemplationes. hoc pacto Platonicorum et Aristotelicorum precepta secuti. cuius quidem Aristotelis Ethices ars breuissima texit: que ideo nõ aspernãda iure videri põt/q' paruo tempore ea ↄsequamur/que sine arte vix etiã multo percipere valeamus. Ars inquã questionibus/elementis/preceptisq3 officiorum digesta. qõnibus enim que circa vnamquãq3 virtutum cognoscere dignum est: sciscitamur. Elementa: digerunt atq3 dissoluunt. Precepta vo officiorum (quas breues sententias dicere possumus) officia prebent/suntq3 tanq3 beate vite certe leges ac regule. Et si expressa non adducuntur elemẽta: ex superioribus elementis similium questionum/questiones sunt diluende: vel expressis/vel facili analogia cognoscendis. Et elementa/questiones/et precepta: passim vbiq3 scdm subiectam materiam sunt intelligẽda. Et numeri ad latus adiecti/libros moralium Aristotelis (ad quos introductionum capita introducunt) designant. Hoc ergo qualecunq3 virtutum prelibamentum vosipsi quos virtutis amor et studium accendit beniuoli accipite: eiusdemq3 arti fauete atq3 proficite.

¶ Jacobi Fabri Stapulēsis Introductio moralis in Ethicen Aristotelis: Judoci Clichtovei Neoportuensis familiari commentario explanata.



Artes introductorie: simillime semitis esse debent: que sine viarum erroribus ocyssime perducunt ad terminum. discipline autem spaciosis sed formosissimis assimilantur campis: quos si ignoratis semitis ingrediamur: non facile progressu: egressumue reperiamus. Idcirco necessarium fuerit prius semitas cognoscere: q̃ vastorum camporum pulchritudinem contemplari. Quod si in terra peregrinantibus id necessarium est: si altum tentantibus equor: alioquin pereunt naufragiaq; faciunt: tanto magis id opus est in disciplinis obseruare: si volumus cece scopulos ignorantie euitare. ꝛ maxime id ad disciplinas morales necessarium esse visum est: quanto neglecte maius vite periculu; afferunt: atq; detrimentum. Ergo ad Ethicen Aristotelis hec vobis certa constituta sit semita: qua; non minus menti q̃ qui iter agũt sue itinerationis calles: tenere debetis. ꝛ primo subiecta; formulam que totius introductionis fundamentũ primum est.

¶ Bonum humanum
Acquisitum
Innatum
¶ Acquisitum
Nature
Fortune
¶ Nature
Utile
Delectabile
Honestum
¶ Honestum

¶ Malum humanum.
Acquisitum
Innatum
¶ Acquisitum
Contra naturam
Fortune
¶ Contra naturam
Incommodum
Triste
Turpe
¶ Turpe

	Virtus	Vitium
	Officium	Turpis operatio
	¶ Virtus	¶ Vitium
	Moralis	Morale
	Intellectualis	Intellectuale
¶ Superabūdātia	¶ Moralis	¶ Defectus
Audatia	Fortitudo	Timiditas
Intemperantia	Temperantia	Insensibilitas
Prodigalitas	Liberalitas	Illiberalitas
Circa decoꝝ rūdi.	Magnificentia	Pusillitas
Lentitudo	Magnanimitas	Pusillanimitas
Ambitio	Modestia	Honoris vacuitas
Ira	Mansuetudo	Ire vacuitas
Adulatio	Affabilitas	Contentio
Arrogantia	Veritas	Dissimulatio
Scurrilitas	Comitas	Rusticitas
Plus	Justitia	Minus
Plus	Amicitia	Minus
	¶ Virtus intellectualis	
	Scientia	
	Intellectus	
	Sapientia	
	Ars	
	Prudentia	
	¶ Prudentia	
	Bona consultatio	
	Sagacitas	
	Sententia	
	Heroica virtus	
	Passiones	
	Continentia	
	Perseuerantia	
Inuerecundia	Verecundia. Stupor	
Inuidia	Indignatio. Maliuolentia	
	Voluntarium	
	Delectatio	
	Officium	
	Felicitas	



Ec itroductio potissimuz his qnqꝫ tradit, diuisione, diffinitionib⁹, questionibus, elementis, ⁊ preceptis officiorū. Diuisio in fronte (vt signū quoddam ad quod mens discentis itētissime spectare debet) collocat, omnia que in presenti introductione determinanda suscipiunt certo ordine cōplectēs. Diffinitiones suis locis passim disponunt, eorꝫ que cognoscēda sunt ꝓpriā rōnē explicātes. Qōnes, q̄ circa vnāquāqꝫ v̄tutē cognitu digna vident succincte ⁊ ordinate iterrogāt. Sīqdē nūī qōnib⁹ adiecti, earꝫ seriē idicāt: ⁊ ſm decē ꝑdicamētorꝫ ordinē ipse qōnes digerunt. vt p̄mo formant ille q̄ ſbāz respiciūt, deīde que q̄titatē, postea que ad aliqd ⁊ ita de ceteris ꝑdicamētis. Elementa siue principia q̄stionib⁹ postposita: eas propositas dissoluunt aut earum respōsionem comprobāt. Cū.n. ex interrogatione cognoscit que responsio est adhibenda qōni, aut ex consimili questione in ꝑcedētib⁹ discussa: tunc inter elementa non ponitur ea que danda est responsio: sed solū elemētū quo id qd̄ rn̄det est probādum. Id aūt plerūqꝫ fit vt qd̄ ex ipsa interrogādi forma ostendat q̄uo ad eam est rn̄dendū. Nempe si questio fiat per iterrogatiua an, vel nūquid: requirit rn̄sionē negatiuā. Si vō p questiua ne, nōne an nō, nunqd nō: exigit rn̄sionē affirmatiuam. Qꝫ si ex interrogatione nō deprehendatur responsio questioni ꝓposite assignanda, neqꝫ per consimilis questionis dissolutionem in superioribus factam ipsa coniectari possit: tunc inter elementa ponit ad eam questionem responsio, ⁊ ei proxime subnectitur elementū quo data responsio comprobetur ⁊ ostendatur. Ponuntur autem elementa eodem prorsus ordine quo questiones sunt digeste, ⁊ consimilibus numeris signantur: vt ex eorundem numerorum annotatione facile cognoscatur cui nam questioni vnumquodqꝫ elementū respōdeat. Questiones enim ⁊ elementa similibus numeris in littera designata: mutuam habent respondentiam, ⁊ hec illas dissoluūt. In commētario vero iisdem numeris in margine inferiori annotate questiones eodem quoqꝫ (quo in littera) proponuntur ordine. Uerum cuiqꝫ questioni ob maiorē commoditatem ⁊ facilitatem sua protinus adhibetur responsio, ⁊ responsioni sua probatio. vt quo pacto elementa suis debeāt questionibus applicari: liquido perspiciatur. Qꝫ si ad alicui⁹ questionis probationem expressa non ponuntur elementa: ipsa ex superioribus locis vbi consimiles questiones dissolute sunt requiri debent, ⁊ per analogiam scd̄m materiam subiectam ⁊ propositum de quo fit sermo, formari. Denīqꝫ precepta officiorum, elementis subiuncta: vniuscuiusqꝫ virtutis regulas ⁊ bene viuendi leges certo quodam ordine declarant. Preterea ad latus littere presentis introductionis adiiciuntur numeri maioribus notis explicati: qui designant libros Ethices Aristotelis ad quos vnūquodqꝫ introductionis caput peculiariter introducit. ❧ His vtcunqꝫ prelibatis, ad diuisionis formulam declarandam accedamus oportet: in qua di-

Que ars in qōnib⁹ ⁊ elemētis p totaz introductionē seruat

ctiones iuncte paragraphis sunt diuisa/quibus autez non adiecti sunt para/graphi:mēbra sunt diuidēda. Et cōtinet hec formula duplicē diuisionez: vt/pote boni humani/ et mali humani. Primo bonum humanuz diuiditur in bonum humanum acquisitum/ et innatum. Secundo bonum acquisituz:in bonum acquisitum nature/ et fortune. Tertio bonum acquisitū nature:in bonum nature vtile/delectabile/ et honestum. Quarto bonum honestum distri buitur in virtutē et officium. Quinto virtus in virtutem moralem/ et intelle/ctualem. Sexto moralis virtus diducitur in duodecim species ordine sub/iectas.s.fortitudinē/tēperantiam/liberalitatē/ et ceteras. Septimo virtus in/tellectualis in quinqꝫ diuidit species:sciētiam/intellectuz/ et ceteras. quarum quinta vtpote prudētia in tres rursum secatur.s.in bonā consultationem / sa/gacitatē/ et sentētiam. Cetera vero que subijciūtur in formula non certis sub/sunt diuisis prius numeratis:sed illic collocantur ꝙ de ipsis in presenti intro ductione vt et in moralibus Aristotelis fit eo quo disponūtur ordine deter/minatio : ꝙꝙ eorum nonnulla consimiliter vt precedentia diuidi possunt. Siquidem heroica virtus (que virtutes omnes in excellentia quadaz com plectitur) perinde atqꝫ virtus diuiditur scilicet in heroicam virtutem/ mo/ralem/ et intellectualem. Deinde heroica virtus moralis diducitur in fortitu dinem heroicam/tēperantiam heroicam/liberalitatē heroicam et ita de cete/ris. Postea ponunt passiones:que sunt vie quedam et preparamēta ad vir/tutem. Quia enim appetitus sensitiuus reluctat rōni/sicut equus indomitus suo moderatori:iccirco opus est rōnem nōdum virtute formatam passioni/bus retrahētibus a vitijs/ et disponētibus ad virtutē adiuuari/ et illis tanꝗ calcarib⁹ et frenis resistere appetitui sensitiuo. Et nominant hic quatuor bo ne passiones.s.ꝯtinentia/perseuerātia/verecundia/ et indignatio. Et qz volū tarium omnē virtutem comitatur et omnem malitiā:iccirco et hic volunta/rium nominat/vt de quo habeat determinare moralis phs. Delectatio autē operationē perfectā ꝯsequitur/bona quidem bonaz/ et mala malā : ideo hic ceteris annumerat/qz eius etiam determinatio ad moralez phiam pertinet. Et diuiditur eodem penitus modo sicut operatio humana.s.in bonā et ma lam. Delectatio bona in delectationem bone operationis moralis/ et intelle/ctualis. Delectatio bone operationis moralis in delectationez operationis fortitudinis/tēperantie/ et ita de ceteris. Ita delectationē prauam subdiuide: quia cuiqꝫ operationi sua respondet delectatio. Deinceps ponit in formula officium/quod est virtutis operatio: et proinde sicut virtus diuidit: primo quidem in officium virtutis moralis/ et virtutis intellectualis. Deinde offi/cium virtutis moralis in officium fortitudinis/temperantie/ liberalitatis et ceterarū. Ita et officium virtutis intellectualis ꝯsequenter diuiditur. Et quē/admodum virtus heroica virtutū est prestātissima:ita felicitas suuz officiū/ officiorꝫ omniū est perfectissimū. Et partitionē recipit in felicitatem actiuaz que est perfectissima ſm virtutes morales operatio / et in felicitatē cōtēpla/tiuam que est dignissima virtutum intellectualiū operatio. Et hic prime di/uisionis status est:qz omnia in hac disciplina ad felicitatē vt suum finez ten/dunt/neqꝫ ad aliud vlterius ꝓgrediuntur. ¶ Secundo loco in hac formu/la diuiditur malum humanū oppositum bono humano. Et primo disseca

Boni hūani diuisio.

Quid passiones ad vtutē conducunt.

Mali humani diuisio.


tur in malũ acquisitum ⁊ malum innatũ. Secundo malum acquisitũ in malum acquisitum contra naturã ⁊ in malum fortune. Tertio malũ contra naturam in incõmodum/malum triste/⁊ malum turpe. Quarto malũ turpe in vitium ⁊ turpem operationem. Quinto vitium diuiditur in vitiũ morale ⁊ intellectuale. Sexto vitium morale diducitur in superabundantiã ⁊ defectum: quorũ vtrũqꝫ subdiuiditur in duodecim species ita in formula dispositas: vt due a sinistro in dexterum procedendo sibi respondentes/inter se ⁊ medie virtuti cui ad latus adijciuntur contrarientur: hoc modo.

¶ Superabundantia	¶ Virtus moralis	¶ Defectus
Audacia	Fortitudo	Timiditas
Intemperantia	Temperantia	Insensibilitas
Prodigalitas	Liberalitas	Illiberalitas
Circa decoꝝ ruditas	Magnificentia	Pusillitas
Lentitudo	Magnanimitas	Pusillanimitas
Ambitio	Modestia	Honoris vacuitas
Ira	Mansuetudo	Ire vacuitas
Adulatio	Affabilitas	Contentio
Arrogantia	Veritas	Dissimulatio
Scurrilitas	Comitas	Rusticitas
Plus	Iustitia	Minus
Plus	Amicitia	Minus

Ex qua quidem formula liquido constat virtutẽ moralem in medio duorum extremorum viciorum: ⁊ inter se ⁊ ipsi medie virtuti oppositorũ/consistere: vt fortitudinem inter audaciam ⁊ timiditatem/temperantiam iter intemperantiam ⁊ insensibilitatem/⁊ ita de reliquis. Vitii autem intellectualis species quãuis in formulam non exprimantur/quia simplicia eis nomina qb⁹ appellentur plerũqꝫ desunt: tamen cõsimiliter sumi possunt scdm species virtutis intellectualis: cum vnaqueqꝫ huiusmodi virtutum vnum habeat vitium sibi contrarium: neqꝫ in medio duorũ vitioꝝ (sicut virtus moralis) consistit. Quẽadmodũ scientie contrariatur ignorantia siue error sciẽtie/intellectui: error intellectus/sapientie: insipientia siue error sapientie/arti: Ategnia siue (quod idẽ est) error artis/prudentie: imprudentia. Virtuti heroice in formula boni humani posite respondet in diuisione mali humani feritas siue imanitas: que vitium omne tum morale tum intellectuale supra cõmunem hoim consuetudinem ⁊ in excellentia complectitur. Et proinde eodem omnino modo diuiditur quo vitium: vtpote in imanitatem moralem ⁊ intellectualem. Immanitas/moralis in imanitatem in abundantia vt imanem audatiam/imanẽ intemperantiam/⁊ imanẽ prodigalitatẽ. Et in imanitatem in defectu vt imanẽ timiditatem: imanẽ insensibilitatem/⁊ imanem liberalilatem. Passiones ad malum trahentes sumende sunt secundũ oppositionẽ ad passiones in partitione boni positas ⁊ illis cõtrarias: vt continentie opponitur incontinentia/perseuerantie inconstantia. Verecundie: in superabundantia contrariatur inuerecunda que ⁊ ipudentia dicitur/⁊ in defectu: stupor. Ita indignationi inexuperatione contrariatur inuidia/in defectione vero maliuolentia. Voluntarium ⁊ delectatio ⁊ virtutibus/⁊

vitiis cōmunia sunt|cōmunemqꝫ vtrisqꝫ rationem habent. Officio in diuisione boni|respondet in mali partitione turpis operatio:eisdē penitus membris dissecanda quibus vitium a quo enascitur. Postremo felicitati distributionēm boni humani claudenti respondet in mali partitione miseria siue infelicitas:que est ceteras magnitudine excedens turpis operatio|& ex immanitate pessimo vitio proficiscit:perinde atqꝫ felicitas ex virtute heroica.

Bonū humanum
Innatum.
Acqsitū.
Fortune.
Nature.
Utile
delectabile
Honestū
Uirtus
Officium



Bonum humanum est quod natura homini expetibile est. Id hoī natura expetibile est: qd ipsum perficere natum est. Expetibile·appetibile idem. Bonum humanum innatum est:quod homini a natura inest. Acquisitum vero quod eius studio·industriaue partum est. Bonum fortune exterius bonum nuncupamus: Bonum nature est interius bonum. Bonum vtile est quod ad alterum bonum consequendum ordinatur. Bonum de-
II lectabile est quod (etsi ad alterum consequendū minime ordinetur) ipsum tamen expetibile est. Bonū honestum est bonum animam perficiens|aut ab eo proficiscēs operatio. Uirtus est anime habitus ipsam perficiēs|atqꝫ eius opus bonū reddens. Officium est virtutis operatio. ¶ Uirtutum principia sunt:intellectus|voluntas|appetitus. Mens|intellectus. Uoluntas|appetitus rationalis. Appetitus|appetitus irrationalis|sensitiuus atqꝫ brutus. ¶ Operationum principia: potentie|habitus|affectiones. Sub habitu dispositiones cōprehendimus. ¶ Uirtus moralis est habitus electiuus in mediocritate consistens ea que ad nos est definita ratione: et vt definierit ipse prudens. Electio est preconsiliata voluntas.
III Uoluntas|voluntatis actio. Consilium est de dubijs & incertis a nobis operabilibus per rationem inquisitio. Operabilia a nobis sunt ea que in nostra sunt potestate. Hec vero in nostra sunt potestate|que si volumus facimus:& que eadem si facere nolumus·facimus minime. Medium rei est quantitatis medium ab extremis equidistans. Medium quo ad nos est quod neqꝫ abundat·neqꝫ deficit:sed rationis circūstantijs (vt vir prudēs definiret) terminatū est. Definiret·determina-

ret. Mediocritas/mediocritas quo ad nos/medium quo ad nos. Circõstantie rõnis sunt hec: qd/q̃tum/gr̃a cuius/qle/quis quo/in quo/qñ/vbi/ꝛ quomõ. Circũstantie rõnis/circunstantie prudẽtie/regule prudẽtie. Quid: vtutis est moralis. ¶ Virtutis ꝓprietates: sũt volũtate affectabiles/in nr̃a ptãte/volũtarie/delectabiles. ¶ Suoꝝ officioꝝ ꝓprietates: volũtate sunt affectabilia/in nr̃a ptãte/volũtarie/delectabiliter/scienterq; o pata/recta ratione definita. Volũtate affectabilia sunt: que studiosus desiderat. Ea vero sunt simpliciter bona. Volũtarium est cuius principium in nobis est: operationis scientibus singula. Delectatio est operationi superueniens placentia

¶ Posita ꝛ boni ꝛ mali humani diuisione: quid bonum humanuz sit ostẽditur. Neq; enim omne bonũ quod homo natus est asseq: absq; vllo discrimine bonũ humanũ hic dr̃: sed illud dũtaxat/quod dum mortalẽ agit vitã: potest indipisci. Quare summũ illud bonũ quod est absolutissima ꝛ oibus longe supeminẽs bonitas: ſm hanc rõnem bonũ humanũ nõ dr̃: neq; de illo moralis phs determinationẽ agit: sed altiori discipline vtpote metaphysice eius cõtemplationẽ peculiarẽ relinquit. Naz quãdiu homo in corpore vitam agit/illud sũme bonum pfecte cõsequi nequit. Tametsi moralis phia viam ostẽdat ꝛ id potissimum moliatur: vt pulchris virtutuz officijs immensam illã bonitatẽ pro captu humano imitemur ei virtutibus cõformemur: in cuius assimilatione tota cõsistit humana perfectio. Exprimit autez boni humani diffinitio duas boni proprietates admodũ dignas. Prima: ꝙ bonum suapte natura expetibile est ei cuius est bonum. Ut bonum ignis/ipsi igni expetibile est: ꝛ bonum aque ipsi aque. Immo videmus omnia naturali inclinatiõe quod sibi bonũ est expetere: ꝛ ad illõ naturaliter ordinari. Et quãto maius est bonũ: tãto magis expetitur/quare quod summe bonũ est: summe esse expetibile ostendunt omnia que natura duce boni desiderio rapiunt. Secunda proprietas est ꝙ bonuz natũ est pficere id/cuius est bonũ: vt bonũ ignis scz caliditas/leuitas ꝛ motus sursum pficit ignem/ꝛ bonum aque scz grauitas ꝛ frigiditas atq; motus deorsum pficit aquam. Et quãto excellentius est bonũ: tanto magis perficit/quẽadmodũ quãto quicq; calidius est: tanto maiorem caliditatẽ inducit. Quod itaq; sũme bonũ est/sũme perficit: imo est sũma rerum oium perfectio. Non igitur ab re in diffõne boni humani illa duo exprimunt officia boni/que si naturã volumus ducem sequi: amplectamur opz: vt quod nobis bonũ est (quẽadmodũ nã impellimur ꝛ a rebus oibus edocemur) expetamus/ꝛ ab illo (virtutẽ dico ꝛ eius officiũ) tãdez pficiamur. In diffõne aũt boni humani expetibile ꝛ appetibile pro eodẽ sumũtur: neq; hic quicq; refert dicere/oia bonũ expetũt/aut oia bonũ appetũt: ꝙuis illõ ꝙ hoc poti⁹ dicẽdũ eẽ ꝯtendãt q sentiũt nos appetere q̃liacũq; siue bõa siue mala. Expetere vo tm̃ bona ꝛ honesta. Nec hoc

Due boni humani ꝯditiones

discrimen hic non seruat. ¶ De bono innato exemplum: vt visus/auditus/ & ceteri sensus corporei. Nã eorum vnusquisque est bonum quod homini a natura/hoc est a principio natiuitatis inest. Ita naturales potentie ad virtutes tum morales tum intellectuales: vt naturalis potentia ad fortitudinem/ ad temperantiam/ad liberalitatem: & ita de ceteris secundum virtutis moralis species sumendis. Naturales itidem potentie ad scientiã/artem aut prudentiã/ sunt bona innata: quia homini a principio natiuitatis insunt/ & sic cognoscuntur: vt naturalia quedã presidia/ & adiumenta ab optimo rerum parẽte nobis insita: quo cõmodius animum virtute perficiamus. Et hanc naturalem indolem plerique nature igniculos vocant: quos si (inquiunt) sinimus adolescere/perfecti euadimus. Adolescere quidem hec virtutum seminaria in nobis iacta sinimus: cum ea per operationes ad quas inclinant perficimus/ & conformi habitu stabilimus. De bono acquisito exemplũ: vt domus/ pecunia/doctrina/ virtus. Nam vnũquodque eorum post hominis natiuitatem eius studio/ & industria acquisitũ est. Neque enim doctrina neque virtus homini congenita est: sed exercitio & cõsuetudine in eo de nouo parit. De bono fortune: vt diuitie/opes/honores & cetera id genus bona externa: que non sunt in eo cuius dicunt bona/sed extra ipsum. Et ab huiusmodi bonorũ genere non denominatur homo bonus/sed solũ bene fortunatus: sicut a naturalibus potentijs non dicuntur homines boni/sed bene nati. De bono acquisito nature tale sumitur exemplũ: vt agilitas corporis assiduo exercitio acquisita/sanitas per moderatam exercitationem comparata. Nempe hec interna sunt bona: & existũt in eo cuius bona ducunt. Sunt enim in corpore: vt subiecto. Ita disciplina & virtus sunt bona nature: quia interna sunt & in hominis anima: vt subiecto subsistunt. De bono nature vtili sit exemplum: vt ars scribendi & legendi vtilis est: quia ad alterum bonum consequendum scilicet comparãdas disciplinas ordinat. De bono nature delectabili: vt sanitas per exercitium acquisita & ars cytharizandi. Nã vtrumque est bonum nature quod etsi quis ad alterum bonum consequendũ non ordinaretur: ipsum tamen esset expetibile. De bono honesto exemplum: vt virtus moralis & disciplina. Nam est anime habitus ipsam perficiens/aut ab eo habitu procedens operatio. Est enim anime habitus ipsam perficiens. Similiter bona operatio: & veritatis consideratio est bonũ honestum: quia est operatio proficiscens ab habitu anime ipsam perficiente. ¶ Et bonum honestum citra felicitatem ab vtili & delectabili separatũ non inuenitur: quia quod honestum est/pariter ad alterum consequendũ: vtpote felicitatem ordinatur: quare bonum honestũ etiam est vtile. Sola autem felicitas cõtemplatiua bonum est honestum/ & non vtile: quia cuius finis sit vltimatus/ad aliud bonum consequendum hac in vita vlterius non refertur. Omne itidem bonũ honestum est delectabile: quia bonum honestũ suapte natura expeteretur: etiam si quis nullum inde aliud bonũ nobis eueniret. Quare in plerisque hec tria ratione sola discrepant. Utile autem & delectabile ab honesto interdũ reipsa differunt. Uires enim corporis vtiles sunt/ & sanitas delectabilis/neutrũ tamen eorum est bonum honestum/quia non est bonum anime. Bonũ autem vtile & delectabile ferme semper coniuncta inueniunt: quia vt plurimum delectatio sit vsui cõiuncta. Nem-

Cõparatio honesti ad vtile & delectabile & econtra

pe sanitas bonum vtile est pariter et delectabile: quod delectationē habeat anne xam etsi nunquam ad aliud ordinaretur: eorum tamē rationes semper sunt diverse. Preterea bonum honestum solum inter bona nature: et ea que anime sunt inuenitur. Bonum autē vtile et delectabile inueniūtur inter bona innata. Uisus enim et auditus bona sunt vtilia et delectabilia. Sic et bonorum fortune aliqua sunt vtilia: vt diuitie et possessiōes/ et aliqua delectabilia: vt horti suauiter spirantibus et omnigenis floribus refertissimi. Inter bona itidem nature que corpori cōueniunt nōnulla vtilia vt robur/ nonnulla quoque delectabilia inueniuntur: vt pulchritudo corporea. ¶ Deinde subiūcta virtutis diffinitio duas exprimit eius conditiones. Prima. Uirtus animā cuius est habitus perficit: nō quidem secundum substantiam sed accidentario. Queadmodum virtus oculi perficit oculū: et bona corporis habitudo ipsum corpus perfectum reddit. Secunda. Uirtus operationē anime cuius est habitus bonam reddit: queadmodum bona oculi dispositio reddit visionem oculi bonam/ et bona corporis valitudo operationes nature conuenientes/ et arbor bona fructus bonos profert. ¶ Duplex autē est virtutis officium. Unum imperfectum: et est virtutis operatio ipsam virtutem antequam perfecta habeatur precedens/ et assimilatur cytarizationi quā quis facit nōdum perfectam cytharc pulsande artem consecutus. Alterum vero est officium perfectū/ et est operatio a virtute cōplete acquisita proficiscēs. Et persimilis est modulatio ni quam quis exactam modulandi artem assecutus exercet. Et hoc proprie officium virtutis est/ et hic diffinitur: imo que in tota introductione dicuntur de huiusmodi virtutis officio intelligenda sunt. Alterū autem sub ipso cōprehenditur tanquam imperfectū sub perfecto. Inperfecta enim ad perfecta reducenda sunt: queadmodum in diffinitione boni honesti sub habitu qualitate perfecta/ dispositio intelligi debuit: tanquam imperfectū quiddam ad habitum. Et hec duo officiorum genera id habent discriminis: quod imperfectū fit cū difficultate et quadā colluctatione rationis cōtra appetitum. Perfectum vero fit cum expeditissima facilitate/ sine resistentia/ et cum sincera delectatione. Porro queadmodum bonum humanum: et eius species hactenus diffinite sunt: ita per analogiam oppositi malum humanum diffinitur id esse quod homini natura fugibile est. Id vero homini natura fugibile est: quod ipsum/ imperfectum reddere natū est. Sic malum innatum est malum quod homini a principio natiuitatis inest: vt naturales inpotentie/ et ad malum procliuitas. Malum vero acquisitum est quod post natiuitatem eius culpa: et occasione comparatum est: et ita de ceteris consimili ratione dicendum. ¶ Deinde ponuntur tria virtutum principia subiectiua scilicet intellectus/ voluntas et appetitus. Intellectus quidem principium est susceptiuū virtutum intellectualium quatenus patitur et recipit: eorūdemque principium effectiuum quatenus agit. Ita voluntas virtutum moraliū principium est susceptiuum quatenus suscipit: et productiuū quatenus efficit. Appetitus vero sensitiuus etiam virtutum moralium principium est subiectiuū: earum presertim que moderantur affectiones animi irrationales: vt voluptates/ tristitias/ timorem/ fiduciam/ iram et cōsimiles. Nō enim solum in voluntate sunt virtutes huiusmodi perturbationū moderatiue: verum etiam et in appetitu irratio-

Due virtutis conditiones

Officiū virtutis diuisio

Q, vtutes morales aliq₃ sūt in appetitu sensitiuo.

nali qui hisce virtutibus refrenatur: ⁊ coercetur ne quicq̄ appetat ipsi vo/luntati dissonū: sed ei concordet ac consentiat. Perinde atq₃ equo insidens precipiti ⁊ sternaci freno equū cohibet ne alio feratur q̄ volet aut ne citius q̄ par sit gradiatur. Est enim appetitus sensitiuus vt equus indomitus ra/tio recta vt sessor equi frenum vero equo impositum est vt habitus in appe/titu sensitiuo conformis ⁊ respondens ei qui est in voluntate. Calcario ve/ro sessoris vt habitus voluntatis. Ut igitur solis calcaribus non satis diri/gitur equus: sed insuper freno opus est ori eius imposito. Ita neq₃ solus ha/bitus in voluntate sufficit ad huiusmodi passionum moderationem: sed in/super requiritur habitus in appetitus sensitiuo. Is tamen habitus volunta/tis vt dominus est: ⁊ precipuus. Appetitus autem sensitiui habitus illi est adminicularius ⁊ parēs ⁊ obtemperans. Et cum in vtroq₃ voluntate scili/cet ⁊ appetitu est perfectus habitus partis irrationalis moderatiuus: tunc summa est inter illas duas potentias cōcordia vtpote inter voluntatem im/perantem: ⁊ appetitum obsequentem. Et tunc appetitus sensitiuus factus est rationalis: q̄ rationis sequatur imperium. Cum vero in voluntate acq/situs est virtutis habitus nondum tamen in appetitu sensitiuo: tum vehe/mens est inter duas illas potentias discordia ⁊ colluctatio quandoq₃ quidē voluntas ad bonum trahit: appetitus vero more equi indomiti renititur ⁊ repugnat. hinc insurgunt turbationes ⁊ molestie in animo nondum perfe/cte virtutem assecuto. Perfecte enim virtutis operatio sine perturbatione ⁊ molestia est. Et si in hoc certamine ratio valentior concupiscentiam super/et: est continentia ⁊ ad virtutem dispositio. Si vero contra appetitus secū rapiat voluntatem ad turpia: non habentem in se habitum ad eas passio/nes frenandas ipsa tamen voluntas contra nitatur appetitui: ⁊ nichilomi/nus superetur: est incōtinentia. At vbi voluntas non contranitit appetitui: sed libenter ei obsequitur sine resistentia: id indiciū est perfecte malitie in ho/mine ⁊ habitus viciosi in vtraq₃ potentia cōplete acquisiti summeq₃ illarū

Q, in parte cōporea possit acq/ri habit⁹.

potentiarū in anime regno deordinationis. Neq₃ mirū cuiq̄ videat q̄ po/nantur esse habitus in appetitu sensitiuo qui potētia est corporea ⁊ median/te organo corporeo suas opationes peragens. Siquidem potētia imaginā/di siue sensus interior ex frequēti meditatione acquirit sibi habitū rei prius sensu exteriori percepte. Qui in homine respōdet habitui eiusdē rei acquisi/to in intellectu: cuius quicq̄ memoria tenetur. Sensus tū interior siue memo/ria sensualis est potentia organica. Similiter partes corporis organice acq/runt sibi habitū: ⁊ habilitatem mouendi expedite sese ad exercēdam opera/tionem artis: vt cytharedus ex frequēti vsu in digitis acquirit habitū expe/dite tangendi. Chordas cythare respondentē ⁊ adminicularium habitui ar/tis existenti in animo. Uidemus ⁊ bruta per humanā moderationē sibi ha/bitus cōparare vt equos ⁊ cetera animalia domestica: hi tū non nisi in or/gano corporeo possunt suscipi. Q, autē necessarium sit in appetitu sensitiuo habitū collocari: hinc constat. Nam vt inquit philosophus secōdo Ethico/rum capite primo. Nihil eorū que natura assunt aliter assuescere pōt idest nulla alia acquisita qualitate nunq̄ ex sola naturali potentia potest quicq̄ prompte aliter effici q̄ sua fert natura. Sed appetitus sensitiuus natura in/

clinatur ad illecebras: et voluptates sensum demulcentes. ¶ Ergo si nulla in eo acquiratur qualitas in oppositum naturalis inclinationis inducens: non aliter assuescere posset / nec ad rectam vite institutionem formari. Sicut nunquam lapis assuescit sursum moueri: quia preter naturalem deorsum cadendi potentiam nullam sibi acquirit ex frequenti impulsione ad superiora loca sursum mouendi habitum. Sed appetitus sensitiuus aliter quam sua fert natura assuescit: et domitis voluptatibus recte rationi morigeratur / obeditque. Acquiritur igitur in appetitu sensitiuo aliqua qualitas / a procliuitateque pronitate ad malum ipsum reprimens: et ad bonum dirigens quod est propositum. ¶ Subiungitur in littera trium que prius nominata sunt virtutum principia interpretatio. Unde mens et intellectus idem / sicut ensis: et gladius. Et est anime rationalis potentia qua intelligit: suasque functiones peragit sine organo corporeo. Ita voluntas et appetitus rationalis idem / estque anime rationalis potentia qua libere quicquid vult / et cum proposito atque ratione prosequitur quodlibet aut fugit. Idcirco voluntas dicitur alio nomine appetitus rationalis: quia cum ratione atque discretione quicquid appetat. Et ille due potentie intellectus: et voluntas coniuncte memorie fecunde (cuius officium est celestia recolere / et diuina iugiter meditari) sunt tres ille rationalis anime potentie: in quibus signatum est super homines lumen diuini vultus / et in quibus maxime elucet in homine summe diuinitatis vestigium: ad quas suis perfectionibus excolendas: et suo adornandas decore / precipue moralis philosophia elaborat: quo in illarum mira pulchritudine: et natiuo splendore homo ipsi summe bono propinquus assimiletur / et pro sue nature dignitate vitam agat: hic propositus est huius sacre philosophie finis hec suorum preceptorum meta / hic eorum que tradit terminus: vt homo quemadmodum hominem decet viuat. Quod cum sine arte haberi non possit certisque preceptionibus: vt neque quis recte imaginem sine artis pictorie regulis depinxerit / aut artis modulatorie imperitus recte cytharam non pulsauerit: hoc moralis philosophie studium amplectantur oportet / eius leges: et precepta libenter audiant: qui degeneres animo non sunt. Et vt natura ceteris animantibus prestant: ita viuendi conditione illis precellere nitantur. Appetitus autem tertium virtutum principium dicitur appetitus irrationalis: quia sine ratione: et proposito feratur in quicquid appetendum. Dicitur et sensitiuus quia sensus cognitionem sequatur. et ea que sensui obiecta sunt concupiscat. Preterea dicitur appetitus brutus: quia homini cum brutis communis est / et suas exercet operationes in organo corporeo sicut et sensus. Proinde appetitus sensitiuus: ita se habet ad voluntatem que corporis organo non indiget ad proprias operationes peragendas: sicut imaginatio: et sensus interior ad intellectum. Uerum exactior istarum potentiarum determinatio ad naturalem philosophiam spectat. ¶ Postea numerantur in littera operationum humanarum principia effectiua que sunt tria: scilicet potentie habitus et passiones. Siquidem naturales potentie nobis a natura insite principia: sunt effectiua bonarum operationum: quia inclinant et naturaliter disponunt ad eas. Quare in tenella etate percipiunt interdum pueri bone esse indolis: quia huiusmodi naturalium potentiarum inclinatione peragant operationes: quibus future probitatis indicium et spes de ipsis sumitur. Uerum hec infirma admodum et imperfecta sunt

Quis philosophie moralis est finis.

principia: nisi cum etas ⁊ anni finunt accedant his naturalibus potentijs sui habitus boni / ⁊ perfecte operationum effectrices. Tertio passiones appetitus sensitiui / affectionesq; animi quales sunt fiducia / timor / odium / amor: bonarum operationum principia sunt effectiua / modo recta moderatione determinate fuerint: vt ira recta ratione definita principium est effectiuum officiorum mansuetudinis. Cum vero nō recte fuerint determinate ⁊ ad mediocritatem reducte: sunt principia malarū operationum. quēadmodum naturales impotentie ⁊ praui habitus / malarum etiam operationum principia sunt effectiua.

Q. nales ad vtutes potentie sunt animi accidentia

Sunt autem naturales potentie vel impotentie vera animi accidentia: in eo vt suo subiecto existentia: perinde atq; bona vel mala dispositio in oculo / siue vt bona vel mala corporis habitudo. Sed neq; omnibus hominibus consimiliter assunt naturales potentie: quēadmodum nec bona corporis habitudo: neq; eidem assunt omnes. Occurrunt enim pleriq; ad temperantie munditiam natura inclinati / alij ad intemperantiam: hos ad liberalitatem natura genuisse videtur / illos ad auaritiam prodiues edidisse. Et quēadmodum idem acutam habet videndi vim / audiendi autem vel gustandi obtusam: ita eidem ad vnam virtutem adest naturalis inclinatio ⁊ non ad aliam. Sicut ad vnam disciplinam nōnulli natura sunt apti vt grāmaticā: qui ad alteram vt logicam sunt inidonei. Ceterum siquis naturalibus potentijs preditus / habitus sibi parit illis respondentes: laude quidem dignus est / ꝙ naturali ad virtutem presidio suo studio ⁊ industria maius adiumentum asciuerit: quo consummatior euaserit. Sed qui naturales habuerit impotentias ⁊ illis oppositos virtutis habitus acquisierit: hic profecto magis laudādus est / ꝙ cum natura certamen aggressus seipse vicerit: ⁊ maiori difficultate atq; conatu virtutem comparauerit. Ex opposito si naturalibus impotentijs imbutus / habitus prauos illis respondētes acquisierit: vituperari dignus est / ꝙ insito morbo non obstiterit / sed eum maiorem reddiderit. Uerum qui naturalem habet indolem sua tamen incuria deperdi sinit ⁊ prauis habitibus opprimit: tanto maiori dignus est probro quanto plus presidij vt malum vitaret a natura accepit. Et cum nominantur tria operationum humanarum principia effectiua: sub habitu / dispositio comprehendi debet: que etiam est principium effectiuum operationum (bona quidem bonarum / ⁊ mala malarum) sed admodum imperfectum. Nam dispositio est tenue habitus vestigium ⁊ cito euanescens: quare sub habitu tanquam suo perfecto continetur. Nam auctores que perfecta sunt tractant: que vero imperfecta sunt supprimunt ⁊ sub perfectis intelligunt.

Diffōnis vtutis moralis declaratio.

¶ Deinde posita virtutis moralis diffinitione / tria presertim complectitur virtutis moralis rationem complentia. Primum. Uirtus moralis est habitus electiuus / idest ex electione proueniens atq; procedens: nam enascitur ex operationibus per electionem factis: ⁊ huiusmodi operationes ex se gignit. Et hoc ipso differt a virtute intellectuali: que non ex electione paritur. Secundum: huiusmodi habitus electiuus (quem virtutem moralem esse diximus) consistit in ea mediocritate que ad nos est / hoc est neq; in exuperatione est neq; defectu: sed medium quo ad nos tenet. Tertium: huiusmodi mediocritas (in qua virtus moralis consistere dicta est) definita est per rationem circunstantiasq; prudentie:

quemadmodum definiret ipse prudens/qui ad bene viuendum recte erudi-tus est:sicut grammaticus ad apte loquendum / ⁊ logicus ad disserendum. Nempe prudentie officium est: quid agendum sit aut fugiendum / consilio definire atq; determinare. Et quia data diffinitio nonnulla continet maiori declaratione indigentia:ideo mox illa explanantur. Et primum electio dif-finitur esse preconsiliata voluntas: non quidem capiendo voluntatem pro potentia volendi/sed pro actione operationeq; voluntatis. Nomina enim potentiarum / ad illarum etiam operationes equiuoca sunt: vt intellectus pro intellectione nonnunq̄ sumitur / ⁊ visus pro visione. Itaq; electio est interior operatio voluntatis:ex precedente consilio / deliberationeq; facta. Ut siquis primum consultat an quicquam sit faciendum necne / deinde perquisitis circunstantijs ex consilio proponat illud esse faciendum / ⁊ id animo constituat: illa animi intentio dicitur electio / quia per eam: ex duo-bus alterum quod potius visum est/faciendum eligit. Consilium vero est inquisitio per rationem / id est per intellectum consultatiuum de dubijs ⁊ incertis (nempe que manifesta sunt ⁊ certa:in consultationez non veniunt) ⁊ de operabilibus a nobis/hoc est de his que sunt in nostra potestate: ⁊ que pro arbitrio nostro aut facere aut omittere possumus. Nam de his que non sunt in potestate nostra:nullus sane mentis recte consultauerit. Aliqua vero esse in nostra potestate collocata: ⁊ experientia comprobat / ⁊ moralis phi-losophia supponit. Quod siquis cum Chrysippo negauerit: omnia de ne-cessitate euenire contendens/⁊ humane voluntatis libertatem (quod prestā-tissimum est hominis bonum) tollit: ⁊ moralis philosophie consequende viam sibi intercludit. Quemadmodum negans principia logice: verā ipsius intelligentiaz sibi adimit. Deinde quia virtus moralis diffinita est in medio consistere: diuiditur medium in mediuz rei ⁊ medium quo ad nos. Mediū rei est quantitatis siue continue siue discrete medium / ab extremis equo in-terstitio distans. Ut sit data linea bipedalis a c/que diuidat in duas medie-tates per punctum b/primam a b/⁊ secundam b c. Punctum b est mediuz rei:quia est quantitatis continue medium a punctis extremis a ⁊ c equaliter scz linee pedalis intercapedine distans. Ita si explicetur quinarius per suas vnitates a b c d e/vnitas c est medium rei:nam est quātitatis discrete mediū/ ab extremis vnitatibus a ⁊ e equidistās: vnius scz vnitatis interpositione. Medium vō quo ad nos siue mediocritas quo ad nos (nam sunt idem) est quod in operationibus humanis neq; plus equo neq; minus equo sit:scz per recte rationis circunstantias/quemadmodum vir prudens (qui certissi-ma est bonarum actionum regula) decerneret atq; definiret / est determina-tum. Et tale in omni virtute morali est seruandum: vt ex sequentibus cogno-scetur/vbi cōmodior hec omnia exemplis declarandi dabitur locus. Circū-stantie autem rationis siue prudentie/ ⁊ quas prudens inter consultandum attendit ⁊ examinat: sunt decem in littera numerate/⁊ f̄m predicamentoruz ordinem disposite. Quarum prima .s. quid/est circunstantia virtutis mora-lis ⁊ eius substantiā respicit: ideo de ea non est facienda consultatio / sed ipsa est supponenda. Non enim consilio inquirendum est an imminente necessi-tate sit pro patria fortiter dimicandum / vel an temperate sit viuendum. Nā

Quid electio.

Quid cō-silium.

Chrysip-pus.

a b c

o o o o o
a b c d e

Q̄ sunt circūstan-tie prudē-tie.

ea vt agendo ꝑ principia ſupponenda ſunt: de ceteris autem circunſtantijs
eſt deliberandum. Quarum quidem quantum: reſpicit quantitatē nunc cō
tinuam|nunc diſcretam. Gratia cuius: finem|quale: qualitatem ⁊ operatiōis
proprietates. quis reſpicit auctorē operis|quo: inſtrumentū operationis|in
quo ſiue cui: eum cui fit operatio deſignat|quādo|temp :vbi|locū: quō:
quibus medijs ⁊ qua ratione. ⁊ ceteras ferme omnes circūſtantias ambit.
¶ Deinceps ponuntur quatuor virtutū moralium proprietates. Prima.
Virtutes morales ſunt voluntate affectabiles. i. ſuapte natura nate a volun-
tate expeti: ſicut recte diſcipline ſunt intellectu deſiderabiles. Nam rei perfe-
ctio|ab eo quod perficit natura expetitur. Virtutes autem voluntatem perfi
ciunt: ſicut diſcipline intellectum. Secunda. Virtutes morales ſunt in noſtra
poteſtate. Nam quorum principia ſunt in noſtra poteſtate: ⁊ ipſa quoqꝫ in
noſtra poteſtate collocanda ſunt. At bone operationes que ſunt principia
virtutum: in noſtra poteſtate collocate ſunt|igitur|⁊ ipſe virtutes. Eas enī
ſi volumus acquirimus|⁊ ſi nolumus non acquirimus: quod ſequētia la-
tius oſtendent. Tertia. Virtutes morales ſunt volūtarie. Nam principium
operationū virtutum. ſ. voluntas in nobis eſt: qui cognoſcimus ſingulas ta
lium operationum circūſtantias. Quarta. Sunt ⁊ delectabiles. Nam carū
operationibus ſuperuenit complacentia|⁊ annexa eſt ſuauiſſima animi de-
lectatio. Quam qui ſemel deguſtauerit: ingenti afficiet deſiderio iterum atqꝫ
iterum bene agendi. ¶ Officiorum autem virtutum moralium ſex|deinde
ponūtur proprietates. Prima. Officia virtutum ſunt volūtate affectabilia:
vt que voluntatem perficiant|eque atqꝫ veritatis contemplatio ab intellectu
deſideratur: ⁊ eum perficit. Secunda. Sunt preterea in noſtra poteſtate. Nā
ea ſi volumus facimus: ⁊ ſi facere nolumus|facimus minime. Tertia. Offi
cia virtutum ſunt voluntarie operata. Nam eorū principiū nobis eſt intrin
ſecum|⁊ ſingulas eorum circunſtantias cognoſcimus. Quarta. Sunt ⁊ de-
lectabiliter operata. Nam ipſis cum fiunt annexa eſt delectatio ⁊ complacen
tia. Quinta. Inſuper officia virtutum ſunt ſcienter operata. Nam vt tertia
proprietas oſtendit ſingulas eorum circunſtantias cognoſcimus: igitur ea
ſcienter operamur. Sexta proprietas. Sunt deniqꝫ recta ratiōe definita. Nā
anteꝙ agerentur|conſilio diſquiſita ſunt: ⁊ circunſtantijs rationis recte deter
minata|vt virtutis moralis diffinitio oſtendit. Dicuntur autē volūtate af-
fectabilia: que vir ſtudioſus ⁊ bonus (qui rectiſſimum habet eorum que af-
fectanda ſunt iudicium) deſiderat. Et talia ſunt ſimpliciter ⁊ omnino bona:
cuiuſmodi ſunt bona honeſta ſcilicet virtutes eorum officia. Et ſola talia
vere bona cenſenda ſunt ꝙ his non contingat male vti: ceteris autem bonis
vt corporis|⁊ fortune praue vti contingit|quocirca nobis bona non ſunt ni
ſi recte eis vtamur. Et ſane cum tria ſint bonorū genera: ſcilicet externa que
minima ſunt corporis que media|⁊ anime que maxima: ſola anime bona
preſtantiſſima ſunt ⁊ digniſſima: vt que ſint certiſſima|nulliſqꝫ fortune ad-
uerſitatibus|aut iniurijs eripienda raptorum manibus nō obnoxia|immo
nec morte ipſa a nobis vbi ea ſemel adepti fuerimus auferenda: nempe im-
mortalia ſunt|⁊ beatos tandem ſuos cultores efficiunt. Omitto ꝙ nullam
animo vt cuſtodiantur anxietatem ingerunt: neqꝫ vt transferantur difficul-

Quatuor vtutis ꝓprietates

Sex officiorꝫ proprietates.

Tria bonorꝫ genera

tatem. Adhec itaqꝫ adeo preclara bona aspirate/qui felicitati consequende nati estis; hec sola perquirite vt pulcherrima animi ornamenta: sine quibus inops et miser est: tametsi Attalicas/aut Cresi diuitias habeat. Immo vero homo virtutis expers: monstrosum quiddam est in natura. Quod pulchre Mantuanus hoc disticho expressit. Mātuan'
Mens virtutis inops/mare piscibus/alite celum:
Syderibus mundus/gramine terra carens.

¶ Postea diffinitur voluntarium: ad cuius rationem primo requiritur qꝫ ipsius operationis que voluntaria est principium sit in operante. Nam si quis ab extrinseco et inuitus cogeretur quippiam agere: illud non esset voluntarium. Secundo debet operans illius operationis voluntarie singulas circunstantias cognoscere. Nempe si earum aliqua operantē lateret: id ignoranter factum diceretur et non voluntarium. Postremo delectatio diffinitur esse complacentia superueniens operationi. Ut cum quis pulchram intuetur picturam/aut suauem audit harmoniam/afficitur voluptate: ea affectio consequens operationem dicitur delectatio. Sed de voluntario/ et delectatione in fine introductionis propria et exactior habebitur determinatio: hic enim vtriusqꝫ diffinitio dūtaxat posita est ad proprietates virtutum moralium et suorum officiorum declarandas.

Questiones.

Qōnes

1 Quid	9 Quō ab operatiōibus cū ab ea sint operationes
2 An ex vno actu	10 A quo ꝯseruatur
3 Circa que	11 A quo corrumpitur.
4 Que eius spēs	12 Quō quis fit studiosus
5 Quid ei ꝯtrarium	13 Quando melius
6 Ex qualibus	14 Ubi melius
7 An a natura.	15 Quo modo
8 Unde gignit	

¶ Elementa. ¶ 1. Diffinitio. ¶ 2. Consuetudo scientie habitus corporalis habitus: haud vnico actu generatur. ¶ Et habitus omnis ex consimilibus actibus frequenter: consimiliterqꝫ iteratis: pari/ gigniqꝫ videtur. ¶ 3. Uirtus omnis circa difficile est. ¶ Circa perturbationes et fortune bona ac mala. ¶ Circa quascunqꝫ materiarum speciales virtutes sunt: et virtutē eē necesse est. Materie virtutū/ Elemēta

virtutum obiecta. Fortitudinis materia: timores et fiducie. Temperantie: gustus et tactus voluptates atque tristitie. Liberalitatis: pecunie dationes ac acceptiones. Magnificentie: honorabilia dona. Magnanimitatis: honores/inhonorationes/fortune prospera ac adversa. Modestie: mediocres honores. Mansuetudinis: ire excessus et defectus. Affabilitatis: voluptates/doloresque congressionum humanarum. Veritatis: hominum sermones. Comitatis: ludorum delectationes. Iustitie: ad alterum operationes/emptiones/venditiones/distributiones. Amicitie: in hominum communionibus utilia/delectabilia/honesta. ¶ Circa delectationes atque voluntarium. ¶ Virtus est circa ea: ex quibus cognoscitur esse perfecta. ¶ 4. Eius species: frontis formula declarat. ¶ 5. Vitium. ¶ Id virtuti contrarium est quod ipsam corrumpere natum est. ¶ 6. Ex talibus habitus quisque gignitur operationibus: ad quales nos inclinat/pronosque reddit operationes. Virtus ad moderatas/in mediocritateque sitas operationes: nos inclinat ac dirigit. ¶ 7. Nullus habitus: nobis a natura insitus est. ¶ 8. A bonis operationibus. ¶ Per eas operationes acquiritur virtus: per quas student legislatores cives efficere bonos. ¶ 9. A virtutibus/perfecte operationes nascuntur. ¶ 10. A mediocribus operationibus. ¶ Quecunque a superabundantia/defectuque corrumpuntur: a suis mediocritatibus saluantur. ¶ 11. A vitio. ¶ Quicquid habet contrarium: a suo contrario corrumpitur. Corrumpitur/corrumpi natum est. ¶ 12. ¶ Tria documenta. Primum. A vitio quod maxime virtuti contrariatur: recedendum est. Secundum. A vitio ad quod quisque maxime pronus est: fugere procul oportet. Tertium. Summopere a voluptatibus cavendum est. ¶ 13. In iuventute. ¶ Cum ad peccandum nondum consuetudo facta est/et quando ad operandum facilius assuescimus: tum nobis virtutes melius comparamus. ¶ Nasces

malum facile opprimitur:inueteratum autem plerūqꝫ fit immedicabile.¶14. Inter bonos. ¶ Inter eos nobis melius virtutes comparamus: quos bene operantes cernimus| quos docentes habemus|⁊a quibus vitia emendātur.¶15. Omnes prudentie circunſtantias obſeruando. ¶ Uirtus circa ſingula verſatur.

¶ Septem ſapientes. Thales| Bias| Pittacus| Solon| Chilo| Cleobolus| Periander:qui legūtur prius breuibus ſententijs vſi:⁊ quorum nonnulle hic interſeruntur ſentētie.

Precepta.

Te ipſum perficito	Nihil inconſulte facito.
Bonum inſitum augeto:	Medium teneto.
Fortunam fugacem meditator.	Ne quid minus videto
Naturam non deſerito.	Itidem ne quid minus.
Utilibus ad optima intendito.	Prudentem ducē elegito.
Neminem ledito.	Ipſo vt oculo vtitor.
Mundam voluptatem amato.	Quid facias videto.
Triſtitiam pellito	Uires tuas metitor.
Honeſtum preponito.	Finem cogitato.
Summopere vitium odito.	Sciens gratuſqꝫ facito
Uirtutem colito.	Teipſum cognoſcito.
Officium exerceto.	Cui facias ⁊ cum quo.
¶ Affabilis circa cōgressiones humanas vt sermonū / et rerū cōicationē / cō uictum / et familiaritatē hominū mediocritatē seruat: neqz exuperādo in eis neqz deficiēdo. Et aliqñ quidē circa earū voluptates versatur: afferendo de lectationē ijs qbus cōuiuit et pbādo q pbāda sunt. Nōnunq̄ vō circa earū tristitiā / afferēdo dolorē suo cōuictori / et repbēdendo que sunt repbēdēda. Est aūt affabilitas sine dilectione / et affectu vnius ad alterū: quo ab amicitia discrimen habet. quare / et ignoti est ad ignotum sicut noti ad notum / preterea superiorum est ad inferiores / equaliū ad equales / et inferiorum ad superiores / vnusquisqz pro statu / et conditione sua ¶ Affabili in exuperatiōe oponit placidus / et adulator. In defectu vero cōtentiosus. Placidus est q solo placendi his qbus cōuiuit studio nec ob aliud qcq̄ circa humanarū cōgressionū voluptates exuperat. Curat enīz placidus eos quibuscū versatur voluptate afficere: idcirco oīa aliorū / et dicta / et facta probat. Adulator aūt est q emolumenti / et alicuius cōmodi gratia / circa humanarum cōgressionuz voluptates exuperat. Cōtendit enīz assentando aliorū dicta factaqz oīa laudare: vt ab eis quos laudat emolumentū percipiat. Cōtentiosus autē et difficilis est qui oīa etiā bona aliorū dicta aut facta moleste ferens: circa humanarū cōgressionum voluptates deficit. Calūniat enim cōtentiosus aliorum bona opera / et fastidit: quēadmodum Pharisei miracula / et verba domini nostri semper moleste tulerunt. ¶ Subiungunt quattuor affabilis pprietates. Prima. Affabilis / oibus vt oportet cōuiuit: et supioribus / et equalibus / et inferioribus. Supioribus quidem: accipiendo ab eis eruditionē / et directionem. Equalibus: eos exortando ad virtutum officia / et ad vite honestatem admonēdo. Inferioribus aūt: eos dirigēdo / aut cōsilio aut doctrina. ¶ Secunda. Affabilis / honestatis / aut vtilitatis grā oibus cōuiuit. Nā suo cōuictu vult alios ad virtutē inducere illorūqz salutez studiose querit: exēplo ipsius summe bōi qui vult oēs hoies saluos fieri. Quēadmodū dñs noster sūmū eximie affabilitatis exemplar cuz publicanis et peccatoribus versari dignatus est: vt eos humanitate sua / suauissimisqz monitis ad virtutis viam reduceret. ¶ Tertia. Affabilis cōuictori turpe aliquid / aut damnū facienti / idue cōmittenti vnde sibi dedecus et nocumentū pariat: dolorē afferre eligit / cuz moderate reprehendendo: et vt a turpibus aut verbis / aut factis deinceps abstineat / admonendo. Corripit enim benigniter parue agentes / preterea cōsolat mestos / dirigit ignaros / ceteraqz spiritualia (que vocāt) misericordie opera diligentius exequitur. ¶ Quarta. Affabilis dolorē afferre vitat nisi maiora inde bona immineant: scz eorum quos corripit emendatio quēadmodū dñs noster sepenumero legit affabiliter corripuisse aplos: qbus cōuixit vt fratribus. ¶ Prima questio. Quid affabilitas. ¶ Rnsio. Est circa 1
humanarū cōgressionū voluptates / et tristitias (cū sine dilectione / affectuue su)

Margin: Pharisei

Quattuor affabilis pprietates.

Qones

2 laudatã mediocritas. Et ita certe dissõnes p ordinẽ interrogãde sũt. ¶ Scõa Quot sũt exuperationis modi. Rñsio. Duo. Primꝰ est solo studio placẽdi: quo exuperat placidꝰ. Scõs est ob aliud quicq̃ vt emolumentũ: quo abũdat adulator. Et hic scõs modus primo deterior est. Nã vt qs ei a quo sperat emolumentũ studeat: vix veritati locũ vllũ relinquit. Qð Plutarchꝰ in Apophthegmatis ad Traianũ de Antiocho rege cõprobat. qui cũ in venatione quadã a suis aberrasset: hominũ quorũdam pauperũ caulã incognitus ingressus est. Et cũ inter cenandũ sermonẽ de rege inseruissent: audiuit: cũ alias bonũ esse/ sed flagitiosis amicis obsequentẽ pleraq̃ minus attẽdere: quę adeo venationi deditus esset: vt res necessarias plerunq̃ negligeret. At ipse tunc nihil respondit: sed cum primũ illuxisset/ suorum ad eandem caulam aductu vbi quis esset allata purpura atq̃ diademate patuisset: dixit ad suos. Certe aquo die vos accepi: heri primum vera de me verba audiui. Plutarchus Traianus Anthiochus

3 ¶ Tertia circa quę versatur affabilitas. ¶ Responsio. Circa humanarũ cõgressionũ voluptates/ et tristitias. Nam circa eas/ ipsius operatio laudatur

4 ¶ Quarta. Circa qð magis versatur affabilitas: an circa voluptates/ an tristitias. ¶ Responsio. Circa voluptates. Nã virtus magis versatur circa id quod est melius. Atqui humanarum congressionum voluptas melior est: et potior q̃ tristitia: que solum ab affabili infertur ob turpe aliquod emendandum: igitur affabilitas magis versatur circa voluptates q̃ tristitias.

5 ¶ Quinta. Quid affabilitati contrarium. Responsio. Adulatio/ et cõtentio. Nam sunt circa humanarum congressionum voluptates/ ac tristitias super-

6 abundantia/ et defectus: igitur contrariantur affabilitati. ¶ Sexta. Cui duorũ extremorũ magis cõtrariatur affabilitas. Responsio. Cõtentioni: Nã affabilitati dissimilior est: cum nullo modo voluptatem cõuiuẽtibus afferat/ sed oĩbus cõtradicere studeat. Adulatio/ aũt cum affabilitate id habet simile: q̃ affert delectationẽ audientibus. igitur affabilitas magis cõtrariat cõ-

7 tentioni. ¶ Septima. Utrum duorũ extremorũ deterius est. Responsio. Cõtentio. Nã vitiũ est ipsi medię virtutis dissimilius vt modo probatũ ẽ: igit contentio vitium est adulatione deterius. Et hic de simplici malitia fit sermo: nõ habita ratione ad ea mala que his vitijs sunt annexa. Nam nihil phibet propter annexiones plura ex adulatione q̃ contentione mala enasci.

8 ¶ Octaua. In quo cõuenit affabilitas cũ amicitia. Respõsio. In eo. q̃/ sicut

9 affabilitas ita et amicitia in humanis cõgressiõibus vsatur. ¶ Nona. Quo modo differt affabilitas ab amicitia. Respõsio. Eo q̃ affabilitas est sine dilectione/ et affectu vnius ad alterum: amicitia aũt nõ est sine dilectione et affectu. Tunc sane dilectio est/ et affectus: quando illius in quẽ habet affectio animi presentia est iocunda/ et absentia molesta. Itaq̃ amicus presentiã amici requirit: et eius absentiam moleste fert. Affabilisꝰ aũt eius cui cõuiuit ab-

10 sentia non dolet neq̃ tristatur. ¶ Decima. Qualis est affabilis. Responsio Omnibus vt oportet cõuiuit/ honestatis/ aut vtilitatis gratia id agit. Et ita

11 de ceteris eiꝰ pprietatibꝰ. ¶ Undecima. Nõne affabilis interdũ affert dolorẽ Responsio. Affert. Nam cũ delectare/ doloremue nõ afferre: dedecori/ aut detrimento sit: dolorem afferre putabitur vtilius. Sed cum is cui affabilis conuiuit/ turpe aliquid/ aut vbo/ aut facto admittit: tunc illi delectationẽ af-

ferre/ et nō inferre dolorē est illi dedecori et detrimēto. Igit̄ tunc ei dolorē af-
ferre/ putabit̄ vtili᷒. Affert igit̄ affabilis aliquā dolorē ei cui cōuiuit ¶ Duo 12
decima. Cur affabilis magis ad delectandū flectitur. Rñsio. Quia satius ē ad
minoris malicie. s. placiditatis lat᷒ paululū declinare: ꝙ maioris vicii vtpote
contentionis discrimini se exponere. ¶ Decimatertia. Qñ affabilis affabiliter 13
agit. Rñsio. Qñ oportet/ et honesta affabiliter agendi prebet̄ occasio. ¶ De- 14
cimaquarta. Ubi affabiliter agit. Responsio. Ubi itidem oportet/ et hone-
sta affabiliter agēdi offert̄ opportunitas. Et tēpus eni/ et locū sua prudētia de
terminat. ¶ Primū preceptū admonet nos in cōgressionib᷒ humanis af-
Prece- fabilitatē seruare debere. Ob quā cōmēdat̄ Alexāder magn᷒. Cui᷒ (vt nar
pta rat Quintus Curtius) cū exercitus asperitate frigoris/ et gelu ꝑpemodum
Alexā- semel deficeret: forte Macedo gregarius miles/ seqꝫ et arma vix sustentās tā
der. dem in castra peruenerat. Quo viso Alexāder ꝙ ꝙ ipse tunc maxime admo-
Quīt᷒ to igne refouebat artus: ex sella sua exiliēs: torpētēqꝫ militē/ et vix cōpotē mē
Curti᷒ tis demptis armis in sua sede iussit cōsidere. Ille diu/ nec vbi regesceret/ nec a
quo esset exceptus: agnouit. Tandē recepto calore vitali/ vt regiam sedē/ re
gemqꝫ vidit: territus surgit. Quem intuens Alexāder Ecquid intelligis mi
les inquit quanto meliore sorte/ ꝙ Perse sub rege viuatis. Illis eniꝫ in sella
regis cōsedisse capitale foret: tibi saluti fuit. Alio quoqꝫ tpe (vt idem auctor
est) cum exercitus Alexandri penuria aque: et siti laboraret: occurrerūt Ale
xandro regi duo milites vtribus aquā gestantes/ vt filijs suis quos in eodē
agmine esse/ et egre pati sitim non ignorabant: eā deferrent. Qui cum in re
gē incidissent: alter ex his vtre resoluto vas qđ simul ferebat impleuit por
rigens regi. Accepit rex et percūtatus est quibus aquā portarēt. Quam vbi
filijs ferre cognouit: poculo pleno sicut oblatum est reddito nec solus (inqt)
bibere sustineo/ nec tam exiguum diuidere omnibus possum. Uos currite
et liberis vestris qđ propter illos attulistis date. ¶ Secūdū preceptum mo
net salutationē libēter alijs eē exhibēdā: ꝙ ea magnū sit beniuolētie aīi ac bū
nitatis argumētū. ¶ Tertiū docet irrisionē nemini īferēdā: qm̄ ea gignit odiū
Natu- et ad iracūdiā puocat. ¶ Quartū vō icōpositos visus effusosqꝫ cachinos eē
re ꝓui- vitādos: qm̄ leuitatis animi prebent indiciū. ¶ Quintū admonet nos ad
dētia. loquendum tardiusculos: sextū vero ad audiendū ꝓpensiores esse debere.
hinc natura duas nobis aures/ et eas quidē patulas/ vnamqꝫ linguā dētib᷒
et labijs septā cōcessit. ¶ Septimū nō oīa sine delectu audienda: sed ea tan-
tum que bona sunt precipit/ a malis aūt/ et turpibus aures esse auertandas.
¶ Octauum detractionē/ obtrectationēqꝫ fugiendam: qm̄ ex maliuolen-
tia proficiscit̄. ¶ Nonum doctiores audiendos monet vt ab eis discamus.
¶ Decimū vō indoctos erudiendos vt a nobis discant. ¶ Undecimū que
audientibus grata sunt/ et profectū afferunt: dicenda docet. Que vō placent
et nō prosunt ad honestatē/ minime dicenda sunt. Nō nunꝙ etiā que nō pla
cent modo prosint dicēda sunt. ¶ Duodecimū que placēt/ et prosunt itideꝫ
facienda esse monet. ¶ Decimūtertiū. Aliorū benefacta narrāda ꝑcipit: quo
alij illorū exēplo ad bene agendum icitent̄. ¶ Decimūquartuꝫ vō propria
benefacta silenda precipit ne illorū cōmemoratione arrogantie vel iactan-
tie notam contrahamus Ut enim vulgo dicit̄: laus propria sordescit in ore.



Eritas est virtus qua quis qualis ipse sit cū verbis tum factis palā ostēdit. ¶ Et qui preclara / et maiora q̄ insint mendatio gaudēs: gloriā aut lucrū affectans confingit: iactator / et arrogās. Et qui que insunt aut negat / aut minuit: dissimulator. Et qui parua / aut manifesta dissimulat: delicat⁹ / et maliciosus. Qui vo dissimulatione moderata vtitur: gratiosus vocatur. Veritas. IIII

Questiones. Q̄ones

1 Quid
2 Quot arrogantie modi.
3 Circa que.
4 Circa quod magis.
5 Quid ei ɔtrarium.
6 Cui magis.
7 Utrum deterius.
8 Qualis qui nimia dissimulatione vtitur.
9 Nōne verax aliquando falsuȝ dicit.
10 An omne.
11 An omni veruȝ.
12 Cur pot⁹ ad defectionē flectitur
13 Qñ expedit vitas
14 Et vbi.

¶ Elementa. ¶ 2. Tres: ob mēdaciū / ob gloriā / ob lucrum. ¶ 8. Arrogās. ¶ Et exuperatio / et nimia defectio: ad arrogātiam pertinere vident. ¶ 9. Cū nulli noceat: at prosit multum / grādeue futurū bonū immineat: falsum dicere nonnunq̄ videbitur expediens. ¶ 10. Inhonesta mendacia nunq̄ expediunt. ¶ 11. Vera illa q̄ aliis dedecus detrimentumue sint allatura: veridicus fugiet. Elementa

Verax esto.
Verba vite consonanto.
Mendacium fugito.
Alterius fame ne incumbito.
Nihil de te ɔfingito
Nō te collaudato.
Nō te offerto
Nō dissimulato.
Nō te culpato.
Verū nociturum taceto.
Dictuȝ / factumq̄ȝ honestum esto.

Precepta

Diffinit veritas esse v̄tus moralis qua q̄s palam ɔfitet / idest declarat / et manifestat / et verbis / et factis qualis ipse sit. In v̄bis q̄dē oē mendaciū execrat verax: neq̄ȝ ea que nō insunt / verbis increpat ɔfingit: neq̄ȝ ea q̄ isunt negat. hinc in ipo ligua mēti rñdet / et fidei fuat itegritas. Neq̄ȝ eni aliud hȝ ɔ̄ptū in ore / et aliud

clausum in pectoꝛe. Jn factis vͦ oēm simulationē/ ⁊ dissimulationē refugit
nō cōfingens facto aliquid sibi adesse qđ adest/ neqꝫ negans idipsum adesse
quod adest. Et in eo facta verbis respondent atqꝫ conueniunt: vt quod ver
bis dicat etiā opere exhibeat/ exemplo domini nostri (qui clarissimū est ve
ritatis sicut ⁊ omnium virtutū exemplar atqꝫ speculū) qui cepit pꝛimū face
re/ ⁊ deinde docere. Po ro huiusmodi verboꝝ ad animū/ ⁊ factoꝝ ad ver
ba cōsonantia: in veritate fit secundum pꝛudentie circunstantias/ ⁊ a morali
virtute pꝛoficiscit. Quare si intēperatus vbis turpibus suā narret intēperā
tiam aut fur sua furta/ talemqꝫ se verbis pꝛodat qualis est facto: nō est dicē
dus verax/ nā nō per virtutē moralē/ sed p intēperantiā/ aut furti habitū id
Aristoteles facit: cū secūdū Aristotelē qualis est vnusquisqꝫ: talia dicat/ ⁊ operet. ¶ De
inde posita arrogātis diffinitio tres arrogātie modos expꝛimit. Pꝛimꝰ est cū
qs ꝯfingit maioꝛa ꝙ isunt qꝛ gaudet mēdacio ⁊/ gestit si qū pōt alios i suo ꝝ
mēdacioꝝ crudelitatē iducere: vt siquis ꝯfingat sibi generis nobilitatē/ aut
ingentes diuitias adesse: vt audientes reddat suis dictis credulos/ ⁊ inde vo
luptatē capiat. Secūdus. cū quis confingit pꝛeclara/ ⁊ maioꝛa ꝙ insunt. quis
affectat gloꝛiā humanam. Ut simulat sibi adesse sciētiā / vt doctus habeat
⁊ dicatur ab alijs: aut virtutem vt honoꝛetur a populo. Tertius. cum quis
confingit pꝛeclara/ ⁊ maioꝛa ꝙ insunt ob lucrum consequendū. Quales po
nit Aristoteles esse vates ⁊ qui futura se pꝛenunciare aut abscōditos cogno
scere thesauros iactitant. Insuper medicos qui omnes vrbes circumuagant
medicinā sibi quā nō norunt arrogātes: quo pecuniā aucupent. Postremo
Pꝛotagoꝛas sophistas qui sciā oēm se calere/ ⁊ tradituros pꝛofitentur: vt diuitias carō
ne sibi cōparent. Quales describit Plato Pꝛotagoꝛā Euthidemū. Diony
Euthidemus sodoꝛū ⁊ ceteros: quos ostendit caꝝ quas ꝓfitent artiū pꝛorsus ignaros.
Dionysodorꝰ Dissimulatoꝛ aūt est qui ea que sibi insunt/ adesse negat: aut minus adesse di
cit ꝙ insunt. Ut siquis rogatus dare cōsiliū/ aut sciētiā alteri cōicare dicat se
(reclamante tū animo) ⁊ consilij inopem esse ⁊ ignarum. Delicatus ⁊ ma
liciosus est qui parua/ ⁊ que sunt oibus manifesta dissimulat: plerunqꝫ ob
quandam vanitatem ⁊ vt modestus videatur. Gratiosus aūt est qui mode
Socrates rata dissimulatione vtitur ad declinandā arrogātiā/ seruādāqꝫ modestiā 1
vt Socrates qui fatebatur se nihil scire. ¶ Pꝛima questio. Quid veritas.
Qōnes Responsio. Est virtus moralis qua quis qualis ipse sit/ cum verbis tum fa 2
ctis palā pꝛofitet. Et ita de ceteris diffinitionibus. ¶ Secūda. Quot arrogā
tie modi. Rn̄sio. Tres Pꝛimus ob mendaciū. Secūdus ob gloꝛiam. Terti 3
us ob lucrū: qui modo declarati sunt. ¶ Tertia. Circa que versatur veritas
Responsio. Circa hominū dicta aut facta. Nā circa ea/ virtutis operatio lau 4
datur: vt ostendit eius diffinitio. ¶ Quarta. Circa qđ illoꝝ duoꝝ magis
versatur veritas. Rn̄sio. Circa hominū facta. Nā virtus magis versatur cir
ca id qđ difficilius est/ ⁊ melius. At qui difficilius est se factis ꝙ verbis talē
exhibere qualis ipse sit. hoc itidē est melius. Nā facta sine verbis pꝛosunt
exemplo/ ⁊ ad virtutē efficacia sunt incitamenta. Uerba aūt sine factis mini 5
me. igitur veritas magis versatur circa hominum facta/ ꝙ dicta. ¶ Quin
ta. Quid veritati contrarium. Responsio. Arrogantia/ ⁊ dissimulatio. Nā 6
sunt circa hominū dicta/ ⁊ facta supabūdātia/ ⁊ defectus. ¶ Sexta. Cui di

ctorum extremoꝝ magis cõtrariat veritas. Rñsio. Arrogãtie. Nam veri ta-
ti medie virtuti dissimilior est: iactantiã ⁊ ostentationẽ sui cõiunctã habens
7 quã (vt dissimulator) abhorret verax. ¶ Septima. Utrum duoꝝ veritatis
extremorũ deterius est. Responsio. Arrogantia. Naꝫ magis opponit veri
8 tati q̄ dissimulatio: vt mõ dñsuꝫ ẽ. ¶ Octaua. Qualis ẽ q nimia dissimula
tiõe vtit. Rñsio. Est arrogãs. Nã circa hoiuꝫ dctã ⁊ fctã excusatio ⁊ nimia
defectio ad arrogantiã pertinere videt. Sed qui nimia dissimulatione vtit
ad nimiã defectioneꝫ labit simulationẽ̄ nãq; habet nimie dissimulationi cõ
iunctã. Est igit talis arrogans. Et huiusmodi sunt qui opinionem sanctita-
tis ⁊ religionis de se haberi volunt: hinc oĩa simulant ⁊ dissimulãt greco q;
noie hypocrite dicunt. quos dñs noster dicit recepisse mercedem suam cos-
q; durissime repꝛehendit. Et sane cum oĩs simulatio ac dissimulatio fugien
da est: tum ea circa cultũ diuinuꝫ consistit ceteris oibus longe grauior. Ob
quam legunt Ananias ⁊ Saphira vxor eius repentina morte interijsse: q̄ Anani
partem precij agri venditi apostolis ferentes ⁊ parẽ clãculum seruãtes: deo as.
9 mentiti sunt. ¶ Nona. Nõne verax aliqñ dicit falsuꝫ. Responsio. Dicit. Nã Saphi
cũ nulli noceat ꝓsitq; multũ grandeq; futurũ bonũ immineat: falsum di ra:
cere nonnũq̄ videbitur expediens. At interdũ dicere falsum nulli nocet. ⁊ p
dest multũ ⁊ grande ex illo futurũ bonum iminet: vt liberatio innocentis a
morte igitur veraci expedit interdum dicere falsum. Cõmendant enim ob-
stetrices Egyptioꝝ q̄ pueros hebreoꝝ viuos seruauerint contra crudelissi
mi regis edictũ cui causabant falso mulieres hebreas peperisse anteq̄ aduẽ
tarent: ⁊ idcirco gratiã a dño obtinuisse leguntur. Cõmendatur ⁊ Raab q̄ Raab
exploratores missos a Josue ad vrbem Hierico saluauerit occultaueritq;:
dicens regi illos ad suppliciũ poscenti q̄ abierant. Si eni facto lꝫ nõnunq̄
aliquid fingere: vt Dauid simulauit isaniã quo inimicoꝝ manus euaderet Dauid
Et merito cõmendantur ille cõiuges que carcere detentos viros visitantes
cõmutatis vestibꝰ i carcere permãserũt: ⁊ viros suos habitu muliebri ami
ctos abire permiserunt. Cur id verbo fieri nõ poterit? Neq; talis falsi enun-
ciatio dicenda est mendacium. Nam mendacium importat annexã malitiã
scꝫ fraudulentã deceptioneꝫ ad alterius detrimentũ: sicut fornicatio ⁊ adul
terium. Licet eni oẽ mendaciũ sit falsum dictũ: nõ tamen ꝯtra omne falsum
10 est mendaciũ: vt hec enunciatio homo est lapis. ¶ Decima. An verax dicit
omne falsum. ¶ Rñsio. Nõ. Nã inhonesta mendacia nunq̄ expediunt. At
aliqđ falsum est inhonestum mendaciũ: igitur aliqđ falsum nunq̄ expedit
q̄re illđ nõ dicit verax igit nec oẽ falsũ. ¶ Undecia an verax dicit oẽ veꝝ.
11 ¶ Sesponsio. Nõ. quia vera illa que alijs dedecus detrimentumue sint al-
latura veridicꝰ effugiet vt nõ deteget occultũ alterius crimen: igit nõ oẽ ve-
rum dicere ad veracem spectat. ¶ Duodecima. Cur verax potius ad defe-
12 ctionem vt gratiositatem flectitur. ¶ Responsio. quia satius est ad mino-
ris malicie scilicet gratiositatis dissimulationisq; latus paululum declinare
q̄ maioris vitij vtpote arrogantie periculo se exponere. ¶ Decimatertia.
13 Quando expedit veritas. ¶ Responsio. quando oportet ⁊ honesta verita-
tis prebetur occasio. ¶ Decimaquarta. Ubi expedit veritas. ¶ Responsio
14 Ubi oportet ⁊ honesta quoq; veritatis prestat occasio. ¶ Primũ pceptuꝫ

ipsam veritatē respicit: quam vt integre seruemus/secūdum monet vt in nobis verba vite consonent. Parui enim ponderis sunt verba etiā ad virtutē exhortantia: vbi a vita dicentis discrepare cognoscuntur. ¶ Tertium percipit mendantium esse fugiendum: quoniam minime cum virtute conuenit ¶ Quartum monet alterius fame nō esse incūbendum/idest egregium alterius factū sibiipsi nō esse ascribendum: quo decus/ et gloriā alteri debitā quispiam sibi vendicet. Nam vt dicit Juuenalis: miserum est aliene incūbere famę. ¶ Quintū vero docet nihil de nobis esse cōfingendū. qm̄ hoc ad ostētationem/aliudue malū vergere solet: et tandē in illius qui pfingit exitiū redire. Ut narrat Josephus de quodā iudeo qui se ob forme similitudinē Alexandrum primi Herodis filiū mentiebat/iamdudū a patre interfectum: sed militum quibus id mandatū fuerat beniuolentia se euasisse pfingebat: suaqȝ specie Judeos decepit. Nā ab eis multis muneribus tanq̄ rex donatus/honorificeqȝ per oēs vrbes susceptus tandem. Romā venit ad cesarē. Qui forme differentiam discernens fraudē deprehendit/ et cū qui id suaserat interfici falsum aūt Alexandrū et qui se talē emētitus fuerat/remigum numero inseri iussit ¶ Sextū et septimū neminē se collaudare debere/aut afferre precipit qm̄ id arrogantie indicium est. ¶ Octauum dissimulationem/nonum vero sui culpationem vituperationēqȝ apud alios prohibet: nam hec ad inanis glorie vanitatem tendit. Hinc Aristoteles dicere solitus erat(auctore Ualerio)hominem in neutram partē de semetipso loqui debere. Qm̄ laudare se (inquit)vani: vituperare vero stulti est. ¶ Decimum docet silentio supprimēdum esse verum quod nocumentum dicenti/aut alijs afferret: vt non diuulganda esse aliorū crimina. ¶ Undecimum: ipsius veritatis officium integre exprimit/scȝ q̄ et dicta/ et facta omnia sint honesta.

Juuenalis. Josephus Alexāder. Herodes Aristoteles

Comitas IIII



Omitas est in ioco/ et dicendo/ et audiēdo que opꝫ laudabilis mediocritas. Comis/vrbanus/dexter/festiuus/eutrapelus. ¶ Qui in ridiculis exuperat: scurra cachinno/ et importunus est. ¶ Qui vō neqȝ facetus quicq̄ꝫ facit/neqꝫ aliorum salis quicq̄ꝫ admittit: rusticus/agrestis/ et durus nominatur.

Questiones

Qōnes

1 Quid
2 Quot in ludo seruāda
3 Circa que
4 Circa quod magis
5 Quid ei contrarium
6 Cui magis
7 Utrum deterius.
8 Quo differt comis iocus/ a scurre/cachinonisqȝ ioco:
9 Qualis.
10 Nunquid audiētes dolore afficere intendit.
11 Nonne potius oblectare
12 Nūqd oibus facetiis vtet.
13 Quando comiter agit.
14 Et vbi.

¶ Elementa. ¶ 2. Nouě. quātū|grā cui⁹|q̄le|quis|quo|in quo q̄n|vbi|q̄uo. ¶ Quot recta ratio iubet: in vnaquaqꝫ virtute obseruare opꝫ. ¶ 8. Finē in ioco|iociue delectatione nō cōstituit comis. ¶ Comi turpiū factoꝝ|ꝛ obscenitatis verboꝝ lo͂is licentia abest. ¶ Quibus opꝫ ꝑsonis. tēpoꝛi|ꝛ loco: iocos|sa lesqꝫ digne accōmodat. ¶ 9. Ludoꝝ honestatē seruās: vrbane iocos|salesqꝫ ꝑsonis tēpoꝛi ꝛ loco accōmodās. ¶ 10. Jd nō intēdit comis: qđ comitatis finē impedit. Finis comitatis recreatio: relaxatio|quiesqꝫ quedā est. ¶ 11. Jd comem intendere perspicuū ē: ad qđ recta rōne iocus oꝛdinatur. ¶ 12. Facetias quas leges vetant non vtetur eutrapelus. Eleme ta

Dexter|comisqꝫ viuito. Choreas|aleasqꝫ fugito Precepta

Fessus recreatoꝛ Turpes facetias vitato

Jocus castus esto Histriones

Esto commodus Scurras

Personis|loco|tempori accōmodato. Cachinnones

Omnis obscenitas abesto Scommataqꝫ damnato.

¶ Cum non possit homo esse incontinua opera|ꝛ assidue virtutuꝫ officijs incomberequ tandem eius vires defatigantur. necessaria est animi defatigati relaxatio|viriumqꝫ fessarum reparatio ad operationes honestas post intermissionem operis expeditius peragendas. Quemadmodum in natura non vigilia modo|sed ꝛ somnus oꝛdinatus est: ꝛ arcum remittit sagittarius vt deinde cum melius tendere possit. Omnis etenim laboꝛis condimētum est alterna requies. Hinc Ouidius laboꝛem omnem quiete interpolandum esse admonet hoc carmine. Ad qđ comitas oꝛdinatur.


Quod caret alterna requie: durabile non est
Hec reparat vires fessaqꝫ membꝛa leuat

Jdeo ponitur comitas moꝛalis virtus: que recreationes|ꝛ iocos pꝛo animi relaxatione factos moderetur. Per quam quidem virtutem quis in iocosis rebus neqꝫ abundat|neqꝫ deficit|sed mediocritatem secundum pꝛudentie determinationem seruat: omnium pariter circunstantiarum rationem habendo. Dicit enim comis que opoꝛtet|quantum|gratia cuius|quādo ꝛ vbi. Similiter ꝛ eadem audit. Et alijs nominibus comis dicitur vꝛbanus|dexter|festiuus|ꝛ eutrapelus: quemadmodum comitas appellatur etiā vꝛbanitas dexteritas|festiuitas ꝛ eutrapelia. ¶ Ceterum ipsi comi opponitur scurra|ꝛ rusticus. Scurra est qui in ridiculis|ꝛ ioco dicendo audiendoqꝫ exuperat. ¶ Qualis est qui de oībus siue iocosis siue serijs risum mouet: non ha

bita ratione rei neq; psone/ nec loci/ nec tempo ris. Quinimo z de sacris litte
ris interdū exhibet risum/ z eas ad suā scurrilitatē applicat: qd̄ sane tanto
grauius est malū quāto ipse sacratiores sunt z sanctiores / z quāto maiori
veneratione ab hoibus obseruari debent: sacris solū rebus accōmodāde.
Et is ab assiduitate mouēdi cachinos ēt cachinonis habet nomē. Rusticus
aūt est q neq; facetus quicq̄ facit: neq; alioꝝ salis / atq; facetie qcq̄ admittit.
Et is circa iocum dicēdo deficit: qz nunq̄ aliqd iocosum (vbi ēt tempus/ z
res expostulat) profert. Deficit ēt audiendo: qz aliorum iocos audiens mo-
leste fert/ z eos vt ridiculos detestat. Et dr̄ alio nomine agrestis/ siue durus
C6.nes a duro z agresti animo nihil ioci admittente. ¶ Prima questio. Quid co- 1
mitas. Respōdetur diffinitio ante data. ¶ Scōa. Quot in ludo seruanda 2
sunt. ¶ Respōsio. Nouem: scz quantū/ gratia cuius/ quale/ qs/ quo/ in quo/
quādo/ vbi/ z quomō. Nam quot recta ratio iubet: in vnaquaq; v̄tute ob-
seruare opz. Sed recta ratio iubet predicta nouē que prudentie sunt circun-
stantie/ esse seruāda. igit ipsa nouem in omni v̄tute/ quare z in comitate ob-
seruare oportet: igit in ludo qui per comitatē dirigitur ista nouē sunt seruā-
Quales ludos exhibz comis. da. Unde comis publicos ludos/ z spectacula curabit interduz exhibenda
populo: ad v̄tutem vt fortitudinē/ temperātiam/ aut liberalitatē inducētia:
habet enim virtus ois suos ludos q olim instituti fuere ad mores specta-
toꝝ formādos. Sed nūc oia in deterius lapsa sunt/ z loco taliuz ludoꝝ ex-
hibent ludi intēperantie/ aut detractionis qui vitijs sunt annexi. ¶ Tertia. 3
Circa que versat comitas. Respōsio. Circa iocuz dicēdo/ z audiēdo: nā cir-
ca ipm/ comitatis opatio laudat. ¶ Quarta. Circa qd̄ magis versatur: an 4
circa iocū dicendo an audiēdo. Respōsio. Circa iocū dicendo. Naz comitas
magis v rsat circa illud qd̄ difficilius est/ z melius. Atqui difficilius est ser-
uare mediocritatē circa iocum dicēdo/ q̄ audiendo: cuz sit difficilius recte di
cere q̄ recte audire. Illud ēt melius est. Nam q iocum dicit: aliorum mores
format z agit. Qui vero audit: ab altero vite institutionē recipit/ z est vt pa
tiens. Quocirca magis comes dicunt qui iocum vt oportet dicūt/ q̄ qui au
diunt: quare ꝯsequit comitatē magis versari circa iocū dicēdo q̄ audiēdo.
¶ Quinta. Quid comitati ꝯtrariuz. Rn̄sio. Scurrilitas/ z rusticitas. Sunt 5
enim circa iocum dicēdo z audiēdo supabundantia z defectus. ¶ Sexta. 6
Cui dictoꝝ extremoꝝ magis ꝯtrariat comitas. ¶ Responsio. Rusticitas.
Nam dissimilior est medie virtuti: q omnem recreationē auersetur. Scurra
autem eo ipso/ comi similis est: q recreare contendit. ¶ Septima. Utrum 7
duorum comitatis extremorum deterius est. Responsio. Rusticitas. Nam
ipsi comitati magis opponit: vt mō ostensum est. ¶ Octaua. Quo differt 8
comis iocus a scurre cachinonisq; ioco. ¶ Responsio. Primo. Nam finem
in ioco/ ioci ue delectatione non constituit comis: sed in meliori scōm virtu-
tem operatione cum animus per comitatem respirauerit. Scurra vero finez
in delectatione ioci constituit. Non enim intendit quicq̄ nisi delectationem
afferre: sed neq; oibus affert/ non enim viris probis: q non capiuntur volu-
ptate dictorum: aut factorū scurriliū. Et iccirco corā seueris/ z grauibus vi
Romāi Cato. ris nō audent suos iocos dicere scurre quemadmodū Romani presente Ca
tone/ viro tetrico/ z magne grauitatis nō audebāt exhibere Floralia/ ludos

q; theatrales lasciuos. Secu͂do. Nam comi turpiu͂ factorum/ ⁊ obscenita-
tis verboru͂ ois licentia abest. Scurra vero/ ⁊ turpia facta ⁊ obscena verba
frequentius affert. Tertio. Quia comis quibus oportet personis/ tempori
⁊ loco: iocos/ salesq; digne acco͂modat. Scurra vero/ neq; p̄sonaru͂/ neq; te͂-
poris/ neq; loci ro͂nem habet: quia ei deest prudentia istorum moderatrix.
9 ¶ Nona. Qualis est comis. R͂nsio. Est ludoꝝ honestate͂ seruãs: vrbane io
10 cos/ salesq; p̄sonis te͂pori ⁊ loco acco͂modãs: vt precede͂tis questionis solu-
tio satis/ supq; oste͂dit. ¶ Decima. Nunqd comis audie͂tes dolore afficere
inte͂dit. ¶ R͂nsio. Non. Nam id no͂ intendit comis: q͂ꝺ comitatis fine͂ impe
dit. Atqui afficere audie͂tes dolore/ comitatis fine͂ impedit. Finis. n. comita-
tis: recreatio/ relaxatio/ quiesq; queda͂ est. Non igit͂ inte͂dit comis audie͂tes
11 dolore afficere. ¶ Undecima. No͂ne comis potius audie͂tes oblectare inte͂-
dit. Responsio. Intendit. Nam id comem inte͂dere perspicuum est: ad quod
recta ratione iocus ordinatur. Sed recta ro͂ne iocus ordinatur ad oblecta-
tionem / ⁊ respirationem animi: igit͂ comis intendit potius oblectare au-
12 dientes. ¶ Duodecima. Nunqd facetus oi͂bus facetijs indifferenter vtetur.
¶ Responsio. Non. Nam facetijs quas leges vetant non vtetur Eutrape-
lus. Constat au͂t leges: aliquas facetias vetare / sc; turpes/ ⁊ que in alterius
13 sunt infamiam: igitur no͂ omnibus facetijs vtetur comis. ¶ Decimatertia.
Quando comis agit comiter. ¶ Responsio. Qua͂do oportet ⁊ honesta co-
14 miter agendi prebetur occasio. ¶ Decimaquarta. Ubi comis agit comiter.
¶ Responsio. Ubi oportet/ ⁊ honesta comiter age͂di prebetur occasio. Naꝫ
vt in octaue questionis discussione dictum est: cui oportet te͂pori/ ⁊ loco io-
cos/ salesq; acco͂modat. ¶ Primum preceptuꝫ dexteritate͂/ comitatemq; in
humana vita (que defatigabilis est) seruãdam monet/ non qua euanescat
virtus/ sꝫ qua recreetur: vt te͂pestiua laboris itermissione animus ad laborã
dum fiat vegetior. ¶ Sc͂ꝺm precipit nos fessos moderate recreari debere:
exe͂plo Scipionis/ ⁊ Lelij viroꝝ insigniu͂ quos (vt Ualerius auctor est) ad Scipio
animi remissione͂ vagas littorib⁹ co͂chulas/ ⁊ calculos ꝯstat lectitasse. Quin Lelius.
⁊ Sceuola interdu͂ pila lusisse tradit. Ad hoc enim diuerticulu͂ aiuꝫ suu͂ fo- Ualeri⁹
re͂sib⁹ ministerijs defatigatu͂ trãsferre solebat. ¶ Tertiu͂ p̄ceptu͂ monet iocu͂ sceuola.
castu͂ ee͂ debere/ ⁊ no͂ lasciuu͂. ¶ Quartu͂ eu͂de͂ co͂modu͂ ee͂ ⁊ vtile͂. ¶ Quin
tu͂: ip̄m p̄sonis ⁊ tp̄i ⁊ loco ee͂ acco͂modãduꝫ no͂ p̄termissis ceteris circu͂stã-
tijs. ¶ Sextu͂ oe͂m obscenitate͂/ ⁊ dictoꝝ ⁊ verboꝝ a ioco esse semoue͂daꝫ:
alioqn no͂ esset castus. ¶ Septimu͂ choreas ⁊ alcas vitãdas admonet: q͂m
he ludoꝝ liberaliu͂ sunt instrume͂ta: ille vo intemperantie/ ⁊ libidinis sunt fo-
menta. ¶ Octauu͂: turpes facetias fugie͂das docet. Nam cu͂ eis vtms he͂re co͂
mercium no͂ po͂t. ¶ Nonu͂: histriones ⁊ mimos q scenicos gestus agu͂t dã-
nãdos p̄cipit. ¶ Decimu͂: scurras atq; ridiculos. ¶ Undecimu͂: Cachino-
nes leue hoium gen⁹: de quolibet cachinnos mouere assuetos euitãdos mo
net. ¶ Duodecimu͂ vero sco͂mata dictaq; leuia cum ioco no͂nihil irrisionis
habentia dãnanda docet. Nam solent ea concitare animos hoium ad indi-
gnatione͂: ⁊ interdu͂ ad vltione͂. Ne͂pe vt (Ualerius auctor est) Scipio Na Uale.
sica cu͂ edilitate͂ adolesce͂s peteret: manu͂q; cuiusda͂ rustico ope durata appre- Scipio
hendisset: ioci gr͂a interrogauit. Nunqd manibus solitus eet ambulare. Q͂ꝺ Nasica

dictū cām repulse ei attulit. Oēs nāq3 rusticē tribus/pauptatē sibi ab eo ex-
probatā iudicātes: irā aduersus cōtumeliosam ei⁹ vrbanitatē ɔceperūt/effe
Antigonus cerūtq3 vt repulsā passus fuerit. ¶ Et cū ad Antigonū regem Macedo-
num ptraberet vn⁹ militū eius afficiendus supplicio: admonuerūt socij eū
bono aio esse debere. Fore enim vt gratiā cōseqret cum ante oculos Antigo
ni pueniret. At ille. Actū inqt de me est: situm primū veniā ɔsequar cuz ante
ipsius oculos puenero: regi per iocū obiectans q̄ vnū tm̄ oculū haberet. Id
vbi resciuit Antigon⁹/ira pcitus eū interfici iussit. Alio quoq3 tpe cum idē
Eutrepion. Antigonus magistrū coquoꝝ Eutrepionē in centuria quadā ɔstitutū vt rō
nez redderet/acciperetq3 ad se venire iussisset: aiaduertēs Theocritus (q vn⁹
Theocritus ex familiarib⁹ Antigoni fuit) illū sepius ire/atq3 redire ad Antigonū: nō
nichil mali ex illo sibi futuꝝ suspicās/dixit Eutrepioni. Scio (inqt) q̄ Ci-
clopi me crudū appones. Quo dicto regi quidē cecitatē q̄ altero careret ocu
lo: Eutrepioni vero cognariā obiectauit artē. Cui Eutrepion. Capite igi
tur carebis inquit: et huius dicacitatis insanieq3 penas lues. Dehinc dicta re
nūciauit ad regem. At ille milites qui Theocritum interficerent/statiz misit.

Iusticia. Iustitia est virtus qua homines iustoꝝ sunt ope
ratiui: et qua iusta volūt ac faciūt. Iusta sūt ad alte
rum facta officia. Habit⁹ vero quo quis res vult
iniustas/iniuriasq3 agit: iniustitia est. ¶ Iustitiaruz
hec legitima est qua quis leges condit/conditas discernit: con
dita autem/et decreta exequi curat: et qua eius studiū in beataz
vitam/et cōe bonū dirigit. et hec iustitia tota dicitur. Hec vero
equitas: qua quis neq3 plus: neq3 minus aut accipit/aut tri-
buit: sed vt vnusquisq3 dignus sit/ac mereat. et hec iustitia que
pars est nominatur. Quapropter/et iniustus est qui a sancta le
gum gubernatione deuius: publicos mores prauos inducit
aut eius indulgentia (cuz ad ipsum eorum correctio spectat)
pullulare sinit. Et iniquus: qui plus/minusue accipit/aut tri-
buit q̄3 oporteat ac dignū sit. ¶ Equitatū quedam est cōium
distributiua: qua ex cōibus bonis vnicuiq3 vt dign⁹ sit ac me-
reat distribuit. Illa vo cōmertioꝝ cōmutatiua/q est eoꝝ q̄ ab
vno in alteruz cōmutantur: equitas. Cōmertiorum quedam
sponte faciunt hoies: que vtraq3 partium volente fiunt. Et
sunt venditio/emptio/mutuatio/vadimoniū/locatio/deposi-
tio/mercede conductio. quedam vero sunt que inuitis fiunt.
que nō vtraq3 partiū volente fiūt. Et hec/aut clandestina sunt:

que altero nesciete omittunt. et sunt furtum|adulteriu| veneficiu| lenociniu|seruorum seductio|sedes cu dolo|falsum testimonium. aut violeta sunt:cu alteri violetia irrogat. et sunt verberatio|vincula|mors|rapine|mebrorum captio|couiciu|cotumelia. Coparatio rationu geometrica est duarum adinuice ronum proportionumque equalitas. Quequidem proportiones si terminorum aliquo communicant ptinua.sin vero nullo:comparatio rationu disiuncta vocatur. Proportiones que eiusdem sunt denominationis:equales dicimus. Comparatio rationum arithmetica est cum differentie proportionum sunt equales.



Iustitia diffinit ee virtus moralis q hoies apti sunt| et habiles ad operandu iusta hoc est officia vtutu ad alterum:vt ad nemine ledendu|ad vnicuique q suu est tribuedu|ad no faciedu id alteri qd qs sibiipsi no vellet fieri. Est etia virtus q hoies iusta|hoc est iusticie officia volut quantu ad aium| et faciunt quatu ad opus exterius. Na perfecta iustitia no est:vbi hec duo voluntas et opus coiucta no sunt Nepe si sola assit sine opere volutas impfecta est| et icosummata iustitia: vt cuius officia ad alteru sint. Si vo op9 sine voluntate:ne iustitia qdem est|qn quidem recta ei operationi deest intentio qd est precipuu bone actionis fundamentu. Iusta aut hoc in loco dicuntur iustitie officia ad alteru facta:siue superioru ad inferiores|vt subditorum directio| et ad bonu moderatio|siue equalium ad equales vt mutua dilectio| et beneficiorum comunicatio:siue inferiorum ad superiores vt obedientia et subiectio|atque veneratio. Iniustitia aut ecide diffinitur esse habitus quo qs res vult iniustas|idest turpes ad alterum operationes|iniuriasque agit:hoc e sponte alteri preter ronem nocumentu infert preter eius qui leditur voluntatem Ut et i volutate| et i opere extrinseco pariter fit prauitas:vtrique rectitudini iustitie opposita. Deinde diuidit iustitia i iustitia legitima et eqtate. Iustitia legitima est superiorum auctoritate habentiu ad inferiores atque subditos. explicanturque in eius diffone quattuor ipsius officia. Primu est sanctas et rectas leges codere atque pstituere. Scdm pditas leges decernere atque difinire. Tertiu:ipsas leges pditas atque decretas exeq curare. Nihil eni psunt pdite et decrete leges:nisi legislator curet eas ad opus accomodari atque obseruari Quartu:totu studiu|atque opera in beata subditorum vita| et coe bonu dirigere. Et hoc offm generale est ad cetera|optimuque ipsius iusti legitimi conatum isinuat:q no ppriu|sed publicu bonu.s.suorum subditorum bona|beataque vita itedit| et oia media ad huc suu fine refert. hec aut iustitia|tota di:q oes ambit|coplectiturque vtutes. Nempe circa oium virtutu materias qd honestu e pcipit et turpe phibet. Et hec adeo pclara est:queadmodum Aristoteles ex Euripide testimoniu affert: vt neque lucifer neque hesperus tanto spledore refulgeat. Immo vo vtutu omniu pclarissima est:cui9 opatio | fellicitas acti- Aristoteles Euripides

ua(vt sequētia ostendēt) merito censeť. Equitas aūt est virtus moralis qua quis neqꝫ plus|neqꝫ minus|aut accipit|aut tribuit ꝙ opꝫ: sed vnuiqꝫ dignus sit ac mereať. Et hec dr̄ iustitia que ps est siue iustitia pticularis: ꝙ peculiare ac ꝓprium hēat circa qδ versať obiectū|ab aliaꝝ vtutum obiectis distinctū: ⁊ ipsius iustitie legitime pars q̄dā. Et hec vtus est moralis a ceteris distincta: vt vndecimū inter eas locū sortita. Cōsilr duplex est iniustitia scꝫ illegitima|iustitie legitime opposita: ⁊ iniqtas|iustitie que|eqtas est contraria. Jniustitia illegitima ē qua qs magistratu|⁊ dignitate fungēs|a scā legum gubernatione ciuius|publicos mores prauos induciť: aut ipsos sua indulgētia (cum ad ipm coꝝ correctio spectat) pullulare sinit. Quo iniusti fuerunt Nero|Domitianus ⁊ ceteri principes tyrānidem exercētes. Et hec tota ēt iniustitia dicī pōt ꝙ suo ambitu vitia oīa ꝯtincat|⁊ circa oiuꝫ mās a rectitudine exorbitet. Jniqtas vero est qua qs plus minusue accipit|aut tribuit: ꝙ oporteat ac dignū sit. Et hec|iniustitia que pars ē siue iniustitia particularis recte dr̄: ꝙ a ceteris vitijs ob materie|obiectiqꝫ diuersitatē discrimē habeat: sitqꝫ ipsius iustitie illegitime particula q̄dā. Et ea ipsa ē|que iustitie|vndecime virtuti morali oppositionis habitudine r̄ndet. Deinceps iustitia particularis siue eqtas diuidiť in eqtatem cōium distributiuā|⁊ cōmertiorum cōmutatiuaꝫ. Eqtas cōium distributiua ē qua ex cōmunibus bonis vnicuiqꝫ vt dignus sit|ac mereať distribuiť. Ut ex bonis ecclesiasticis ꝓ merito ꝝ diuersitate his q ecclesiasticā sorteꝫ sequunť. Et ex bonis ciuilibus itidem scōm meritoꝝ rōnem his q res ciuiles agūt: id vnū potissimuꝫ obseruando|vt dignitati meriti r̄ndeat dignitas premij. Et qꝛ sub affirmatione negatio|⁊ sub vno oppositoꝝ alterum debet itelligi: sub cōibus bonis cōprehendunť|⁊ publica mala|vt pene|⁊ supplitia: que hac vtute distribuunť pro delictoꝝ qualitate. Qui.n. grauiꝰ deliquerit: maiore afficiť supplitio: ⁊ qui minus|leuiore: debitā pene ad delictū proportionē attendendo. Et hec est superioꝝ|auctoritatē bona|⁊ mala subditis distribuēdi habētium|ad inferiores. Eqtas cōmertioꝝ cōmutatiua ē coꝝ que ab vno in alteꝝ cōmutantur eqtas. Et hec seruať in recta venditione emptione: ⁊ ceteris ꝯtractibus q ad humanā indigētiam leuādaꝫ fiunt. Ueꝝ vt hec clariora fiant subiungiť in littera cōmertioꝝ partitio ꝙ q̄daꝫ sunt que sponte faciūt hoīes: illa.s. que vtraqꝫ partium scꝫ dante ⁊ recipiēte volēte fiunt|vt vēditio ⁊ emptio fiunt ꝯsentiente vtraqꝫ huius cōmutatiōis parte scꝫ vendēte ⁊ emēte. Et huiuscemodi spontaneoꝝ cōmertioꝝ numeranť septē spēs scꝫ vēditio|emptio mutuatio|idē ꝓpriaꝝ reꝝ vsus alteri facta pmissio. Uadimoniū hoc ē vadis ꝓ rei mutuatioē apud mutuantē designatio. Locatio q̄ est ꝓprie rei ob pactuꝫ preciū ad alteꝝ vsum facta trāslatio. Depositio: q̄ est ꝓprie rei in alteriꝰ custodiā cōmissio. Mercede ꝯductio: q̄ est aliene ope ob pactā mercedē in vsū ꝓprium vsurpatio. Quedā vero sūt cōmertia q̄ inuitis fiūt|q̄ scꝫ nō vtraqꝫ ptium iter quas hmōi fiunt cōmertia volēte: sꝫ altera|aut ignorāte|aut violente coacta fiūt. Ut hic iuitis ea fieri dicanť: que aut ignorātibꝰ|aut coactis fiunt|⁊ opponanť his que fiunt alijs: ea ipsa sponte hoc est sciēter|⁊ sine coactione pmittentibus. Et hec cōmertia rursum diuidunť. Nam quedaꝫ sunt clandestina: que scꝫ altero duorum quos respicit id cōmertiū nesciente com-

Nero
Domitianus.

mittuntur. Et sunt hec septem: furtum | idest rei aliene occulta ablatio: adulterium | idest alieni thori violatio: veneficiũ | idest veneni in alterius exitium mixtio: lenociniũ .s. alterius ad turpia intẽperantie flagitia incitatio atq; suggestio: seruorum seductio | que est seruorum alicuius proprio dño occulta | fraudulẽtaq; substractio. Cedes cũ dolo | idest alicuius dolosa occisio. Falsum testimoniũ | idest falsa in alterius pniciem testificatio. Alia vero sunt violenta que vtraq; partiũ sciẽte quidem: sed altera per violẽtiam coacta fiunt. Ut hec septẽ: verberatio .i. verbum inflictio: Uincula .i. in carcerẽ & cathenas coniectio. Mors | idest mortis irrogatio. Rapine | idest violẽta bonorum alterius presentis qdem sed non valẽtis resistere direptio. Mẽbrorum captio | & ẽ mẽbrorum corporis obtrũcatio: vt manus aut pedũ. Cõuitium .i. iniuria verbis et dictis alteri irrogata. Cõtumelia .i. iniuria fcactis alteri illata. ¶ At vero quia iustitia distributiua | & cõmutatiua fiunt scdm aliquã pportionũ comparationẽ: opepreciũ est dinoscere qd comparatio rõnum dicat | & quotu plex ipsa sit. Quod ex Arithmetica precipue regrendum est: sine cui⁹ presidio hic locus sane itelligi haud facile põt. Sigdem comparatio rationũ est duarum adinuicem pportionum in aliqua similitudine collatio: siue in similitudine denoiationis vt 12 | 6 | 8 4: quarũ vtraq; est dupla: siue in similitudine differentiarum: vt 12 10 | 6 4. Nam vtriusq; datarum pportionum differẽtia est binarius. Et quod hic comparatio rationũ dr: in Arithmeticis vocat pportionalis. Rationem aũt | & pportionem hic idem eẽ censemus. Est enĩ ratio siue pportio qua de hic agimus: numeri ad numerum comparatio. Cuius spẽs ex Arithmetica suppo nẽde sunt. Que si ignorent: totus hic de iustitia locus obscurus est | & numerorum ignaris minime peruius. Itaq; comparatio rationum diducit in comparationẽ rationũ Geometricã | & Arithmeticam. Comparatio rationũ geometrica est duarum adinuicẽ rationum | pportionũq; equalitas. Equalitas autẽ duarum adinuicẽ pportionum est: qn ille due sunt eiusdẽ denoiationis: vt ambe duple | vl ambe triple | vel ambe quadruple. Ut in his numerus 8 4 6 3 | est comparatio rationũ geometrica | nã est duarum adinuicem pportionum equalitas: sunt enĩ ambe eiusdẽ denoiationis scz duple. Et huiusmodi rõnũ cõparatio ẽ duplex: scz ptinua & disiũcta. Comparatio geometrica ptinua est qñ ipsius comparationis pportiones aliquo terminorum scz medio cõicant atq; pueniunt: vt idez sit scds terminus prime pportionis & primus scdc. Ut in his terminis 8 4 2. Nempe sicut 8 ad 4: ita 4 ad 2 | cũ vtrobiq; sit pportio dupla. Et medius terminus 4 | vtriusq; proportionis est terminus scz secũdus prime & primus secũde. Et hec comparatio ptinua in trib⁹ terminis psistit: quorum vnus habet rationem duorum. Comparatio geometrica disiũcta est compatio geometrica in q pportiones nullo termino cõicant: vt in istis numeris 8 4 | 6 3. Sicut enĩ 8 ad 4: ita 6 ad 3 | cũ vtrobiq; sit habitudo dupla: nullo tñ termino pueniẽs: cũ sint quatuor diuersi termini atq; numeri illas pportiones constituẽtes. ¶ Comparationũ Arithmetica est cũ differentie pportionũ sunt equales. Differẽtia autem hic dr id | quo numerus maior excedit minorẽ. Ut q ternariũ ad binariuz differẽtia est binarius: nam qternarius binariũ excedit dualitate. Et ternarij ad binariũ dĩa est vnitas: cũ ternarius binariuz sola vni-

Quid ꝑpatio rõnum

Quid ꝑpatio rõnum geometrica

Continua 8 4 2

Disiuncta 8 4 6 2

Cõparatio rõnuz Arithmetica.

tate superet. Sunt autem differentie proportionum equales: quando differentia excessusque primi termini prime proportionis supra secundum eiusdem: et equalis differentie primi termini secunde supra secundum eiusdem. Ut 12 10|4 2. Nam differentia 12 ad 10|et 4 ad 2 equalis est: utraque enim est binarius. Et huiusmodi comparatio etiam est duplex: scilicet continua et disiuncta. Comparatio arithmetica continua est comparatio arithmetica cuius proportiones aliquo terminorum utpote medio communicant: qui quidem secundus prime et primus secunde terminus est. ut in hisce numeris 8 6 4. Nam quanto 8 excedit 6|tanto 6 excedit 4 scilicet binario. Et medius terminus 6 utriusque proportionis terminus est. Consistitque huiusmodi proportio in tribus terminis. Comparatio Arithmetica disiuncta est comparatio Arithmetica cuius proportiones nullo terminorum communicant: sed in qua sunt quatuor diversi termini. Ut in his numeris 12 10|4 2. In quibus utriusque proportionis equus est terminorum excessus: sed nullus in illis terminus est bis sumptus|quinimo quatuor sunt diversi termini.

Conti- nua 8 6 4 Disiun cta 12 10 4 2

Questiones

1 Quid.
2 Quot equitatum species. ...tas.
3 An duorum vitiorum sit medie
4 Circa que iustitia legitima.
5 None virtutum preclarissima
6 Circa que communis distributiua.
7 Circa que commertiorum commutatiua.
8 Est ne communis distributiua secundum aliquam rationum comparationem:
9 None secundum geometricam.
10 None commertiorum commutatiua secundum rationum comparatione arithmeticam attendenda est.
11 Est ne commutabilium una communis mensura.
12 Que vera.
13 Per quales iniurias dicitur quis iniustus.
14 None iuris actio inter iustitie extrema mediat.
15 An qui iniuriam patitur: iccirco dicendus sit iniustus.
16 Quando iuste agit.
17 Et ubi.

Adeñta ¶ 2. Due: communis distributiua|et commertiorum commutatiua. ¶ 3. Justitia est iter iniustum facere|et iniuriam pati. Iniuriam autem pati non malum sed pena est. non enim voluntarium neque vituperabile est. ¶ 4. Circa ea que rite leges statuunt et vetant. ¶ 5. Preclarior virtus ad se et ad alterum est ea que ad se solum|et ad commune bonum et vite sufficientiam: quam que ad particulare. ¶ 6. Circa distributiones bonorum et malorum. ¶ 7. Circa commutationes bonorum. ¶ 8. Ubi premium ad premium|aut pena ad penam: sicut meritum ad meritum aut delictum ad delictum: aliqua rationum com

paratio est. ℭ 9. Justitia cōium distributiua fit secundū equalitatem duarum adinuicē proportionū. ℭ 10. Cōparatio rationum aritbmetica tunc est quando est proportionū differentiarū equalitas. In iustitia cōmerciorū cōmutatiua attendit equalitas: secundum differentiarū proportionū equalitatem. ℭ 11. Quia uumero mensuramus. ℭ 12. Indigentia bumana. ℭ Ea est vera commutabilium mensura: secundum cuius exigentiā bomines commutāt ⁊ qua existente fit commutatio / qua vero nō existente non fit. Si enim bomines nullo egerent: neq; inter eos vlla quidē rerum comutatio fieret. ℭ 13. Per operationes iniustitie babitum sequentes. Nam iniustitia babitus est quo quis res vult iniustas / iniuriasq; agit. ℭ 14. Justitie actio est inter plus ⁊ minus. ℭ 15. Qui iniuriam patitur non iccirco res vult iniustas / iniuriasq; agit.

Precepta.

Justitiam colito
Legibus obsequitor.
Deum naturāq; preponito.
Deum timeto.
Deum super cuncta diligito.
Ipsum propiciato
Proximos amato.

Parētes bonorato
Benefactor esto
Communius bonum pferto
Equitatem seruato.
Iniustum ne imitator
Exleges fugito
Stateram non transilito.

ℭ Prima questio. Quid iustitia. ℭ Responsio est virtus moralis qua bo
1 mines iustorum sunt operatiui: ⁊ qua iusta volunt ac faciunt. In qua diffinitio
ne secūda particula exponit / declaratq; primā. Similisq; est illa diffō cū qua
fortitudo diffiniref esse virtus qua boies fortium sunt operatiui / ⁊ tēperātia
2 vtus qua boies tēperantiū / idest officio rum tēperantie sunt opatiui. ℭ Scōa
Quot sunt equitatū species. ℭ Responsio. Due. scz equitas cōium distributi
3 ua ⁊ cōmerciorum cōmutatiua Quod supponendum est. ℭ Tertia. An iusti
tia: duorum viciorum sit medietas / idest vtrū sit media inter duo vicia: quē
admodum virtutes morales omnes superius declarate. ℭ Respōsio. Nō.
Quia iustitia est media inter iniustum facere ⁊ iniuriam pati. Illa autem nō
sunt duo vicia. Nam iniuriam pati non malum sed pena est. Enimuero om
ne malum / ⁊ voluntarium est vt vituperabile: iniuriam aūt pati non est vo
luntarium / nam fit contra eius qui leditur voluntatem ⁊ per violentiā. Ne
q; etiam est vituperabile: quia probi ⁊ studiosi plerunq; patiuntur iniuri
am. ℭ Quinimmo qui pie vixerunt / sanctimoniaq; vite claruerunt: graues
pertulerunt iniurias. Et ipse sanctus sanctorum dominus noster virtutum

omnium exemplar & decus: maximis cum vitam mortalem ageret iniurijs
affectus est. Et maiori profecto laudi dandum est si quispiam preter meri-
tum iniuriam patiatur: quam si meritus esset consimilem penam sibi inferri. Quod
Socrates. Xantippe. Valerius.
Socrates in ipso vite excessu dare ostendit: quem forti animo / & constanti
vultu veneni potionem / e manu carnificis accipientem / & poculum ori ad-
moventem cum Xantippe uxor lamentaretur / vociferaretque innocentem
eum perimi respondit Socrates. Quid ergo? nocenti michi mori satius esse
duxisti? Auctor Valerius: igitur iustitia non est media inter duo vitia extre
alteri. Et hec potissimū in mutuo cōuictu ꝛ delectabili eoꝝ adinuicem consuetudine locum habet. ¶ Dein de ponuntur ipsius vere amicitie sex proprietates. Prima. Amicitia studiosa est per se amicitia quia est ob per se bonum atqꝫ simpliciter tale. scꝫ virtutē. Secunda eadem est maxima amicitia: qꝛ est ob maximū itidēꝫ bonū qḋ mortalibus hac in vita cōceditur vtpote virtutē. Tertia. Eadem est amicitia ꝑmanens. Nā bonū propter quod ipsa habetᷣ est permanēs: nec fortune aduersitate| nec morbo| nec morte iis qui illud possident eripi pōt. Quarta. Amicitia studiosa est perfecta: qꝛ id bonū ꝓpter qḋ cōciliatur perfectū est. Quinta. Eadē est optima: sicut ꝛ bonū propter qḋ ipsa cōtrahitur est optimū| ꝛ celestibus supramūdanisqꝫ bonis imprimis simile. Nihil enī est hac in vita qḋ hoīes diuiniores: btissimisqꝫ entib⁹ similiores efficiat: ꝙ vt⁹. Et bonū ꝙto diuinis ꝛ celestib⁹ silius: tāto ipsuꝫ est melius atqꝫ prestantius. Quare hec amicitia tota diuina est ꝛ diuinorū bonorum proprietates sortita. Sexta. hec amicitia est rara. Nā pauci hoīes sunt qui mutuo amore inter se ob virtuteꝫ deuinciantur: sicut ꝛ virtus ipsa est inter homines rara. Amicitia autem vtilis ꝛ delectabilis oppositas prorsus habent proprietates. Nam earum vtraqꝫ est per accidens: minus ꝑstās| cito solubilis| imperfecta| nō simpliciter bona| ꝛ frequens inter hoīes: sicut ꝛ

Q̄ones bona quoꝝ gratia sunt. Sequuntur enim amicitie naturam bonorum propter que sunt. ¶ Prima questio. Quid beniuolentia. Respōsio. est studiose amicitie officiū quo qs alicui ꝛ illius quidē gratia bonū vult. Et ita de beneficentia ꝛ cōcordia dicendū est. ¶ Secūda. Nōne tria amicitie opera studioso ad se cōueniunt. ¶ Respōsio. Cōueniunt. Nam studiosus sibiipsi bonum vult ꝛ suiipsius gratia: igitur studioso ad seipsum conuenit beniuolētia. Preterea studiosus sibi que bona sunt aut bona putat: voluntarie facit ꝛ suiipsius itidem gratia. cōpetit igitur studioso ad seipsum beneficētia. Insuper studiosus secū cōuiuens eadem eligit| iisdeꝫ gaudet| iisdemqꝫ tristatur appetitu sensitiuo ꝛ rationali inter quos tranquillitas est ꝛ cōsonātia: sensitiuum quidē obedientē| ꝛ rōnaleꝫ imperantem. Immo vero in studioso summa est potentiarum oiuꝫ inter se cōcordia. Nam omnes rationi vt supreme ꝛ dignissime potentiaꝝ obsequuntᷣ. Qꝫ si qui virtute ꝑfecti senserint stimulum carnis vt diuus Paulus: id non ex appetitu sensitiuo prouenit sed angelo Sathane| qui perturbat ꝛ cōmouet interduꝫ potentias hominis quo eū ad maluꝫ incitet aut a bono auertat. Et imbecilliores infirmioresqꝫ potentias vt⁹ appetitū sensitiuū aut vim sentiendiᷣ primo insultu adoriᷣ vt eas facilius opprimat: quēadmodū vrbē capere volentes infirmiorē ei⁹ parteꝫ ꝛ vbi minus est munita acrius oppugnāt. Cōuenit igiᷣ studioso ad se ꝯcordia| quare tria amicitie opera studioso ad se ꝯueniūt. ¶ Tertia. Nōne tria amicitie opera studioso ad amicū| cōueniunt. ¶ Responsio. Cōueniūt. Nā studiosus sese habet ad amicum perinde atqꝫ ad sepsum. Est enim amicus alter ipse. Sed tria amicitie opera studioso ad se cōueniunt: igiᷣ etiam cōpetunt studioso ad amicū. Idem quoqꝫ ꝓbatur diff. nitione. Nam studiosus amico studioso bonū vult| ꝛ facit ipsi⁹ grā. Preterea illi ꝯuiuens eadē eligit| iisdē gaudet iisdēqꝫ tristatᷣ: igiᷣ studioso ad amicū ꝯuenit beniuolētia| bñficentia ꝛ cōcordia. ¶ Quarta. Nunqd tria amicitie opa prauis ad se ꝯueni-

Pau.

1 2 3 4

unt. ¶ Responsio. Nõ. Quia praui nõ sibi bona volunt. Nã expletionem suarũ voluptatũ volũt q̃ est eis noxia: igit̃ prauis ad se nõ cõuenit beniuolẽtia. Insuper praui nõ sibi bona voluntarie faciunt. Cumulãt enim voluntarie mala malis ⁊ sibiipsis continue nocent: igitur neq̃ prauis ad se cõpetit bñficentia. Preterea. Praui secũ cõtinue dissident: q̃ rõnem habeãt appetitui sensitiuo discordantẽ. Nã in eis ratio deprecat̃ mala: conaturq̃ ad optima. Appetitus aũt irrationalis perpellit eos ad appositũ ⁊ trahit ad flagicia: igit̃ neq̃ prauis ad se cõuenit discordia. Quod iidem ostẽdit Aristoteles. Qui inquit multas res graues atq̃ nepharias egerunt: vitã ob prauitatẽ odio habẽt ac fugiũt: sibiq̃ mortẽ cõsciscunt. Querũt preterea alios ipsi flagicio si quibuscũ cõuersent: se vo ipsos fugiunt. Nã si sint secum: recordant̃ multarũ grauiumq̃ rerum, ⁊ sperant alias tales: quod ipsis horrorem incutit. si cũ aliis aũt sint: obliuiscunt̃. neq̃ vna secum gaudent atq̃ dolent: est enim eorũ aĩa in seditione ⁊ hec quidem pars huc, illa aũt illuc trahit vt diuellentes. Quod si ita sese habere vehemẽter est miserũ: totis viribus fugienda est prauitas ⁊ enitendũ est bonũ esse. hec Aristoteles. nõ igitur cõueniũt prauis ad se hec tria amicitie opera: quare neq̃ ad alterũ. Qui eni sibi beniuolus nõ est aut beneficus: neq̃ alteri. Et qui sibiipsi dissidet: cui cõcordabit? Aristoteles

5 ¶ Quinta. Quot sunt amicitie interiores actus. ¶ Rñsio. Tres. s. actus iterior beniuolentie, beneficẽtie ⁊ cõcordie: quibus ⁊ tres respondent exterio

6 res sc3 exterior actus beniuolentie, beneficentie ⁊ cõcordie. ¶ Sexta. Quis eorũ actuũ amicitie est potior. ¶ Rñsio. Actus cõcordie. Nã potior est amicitie actus quẽ amici in q̃cũq̃ fortuna cõstituti magis expetunt. At actum concordie ipsi amici in quacunq̃ fortuna cõstituti magis expetunt: q̃ beniuolentie aut beneficentie. Nempe in prospera fortuna presentia amici delectabilis est ad honeste conuiuendũ. In aduersa itidem fortuna ipsius amici presentia amico infortunãs presso solatio est ad subleuamen infortunĩ: absentia aũt ei infert molestiam. Est igitur actus cõcordie atq̃ consuetudis

7 mutue potior q̃ ceteri duo actus. ¶ Septima. Circa quem actum amicitie magis versatur amicitia studiosa. ¶ Rñsio. Circa actũ cõcordie. Nam circa potiorẽ actũ magis versatur amicitia. Sed actus cõcordie potior est q̃ beniuolentie ⁊ beneficentie: vt modo ostensum est. igitur circa actũ concor-

8 die magis versatur amicitia studiosa. ¶ Octaua. An honorari pstabilius sit q̃ amari. ¶ Rñsio. Nõ. imo amari prestabilius est. Naz qd est per se: prestabilius est. Amari aũt est per se, honorari vo per accidens. Amatur enim quis ob bonuz qd in eo est: ⁊ huiusmodi amatio virtutis est scilicet amicitie studiose officiuz ⁊ non nisi a bono fieri põt. honaratur vero qspiã solũ ob alterũ: q: honor dũtaxat est exterius vtutis signũ. Neq̃ honoratio semper virtutis est officiũ neq̃ semper a bono: nam ⁊ mali possunt bonos ho

9 norare sed nõ amare. igit̃ amari prestabilius est q̃ honorari. ¶ Nona. Nũquid postea q̃ amicus factus est prauus: debet studiosus amicus manere. ¶ Responsio. Non. Nam amicitia studiosa solum est inter bonos. igitur si eorum qui prius amicitia studiosa cõiuncti erãt vnus factus fuerit prauus alter vero permaneat bonus: nõ permanet illi studiosus amicus. Tñ pristine amicitie memor diligentem debet operã prestare vt monitis ⁊ exhorta-

tionibus alteꝛ a malo retrahat: ⁊ ad rectā virtutis viā reducat quo amicū
saluū reddat. ¶ Decima. Nūquid iterū si amicoꝝ alter ab ineunte etate mē 10
te puer maneat/ alter vo virtute pficiēs vir optimus euadat: firma mane
re debet amicitia. ¶ Responsio. Nō. Nam inter eos manere nō debet ami/
citia: inter quos amicitie opera exerceri nō possunt Sed inter eū qui mēte
puer ab etatis exordio manserit/ ⁊ alterū qui virtute perfectus euaserit non
possunt exerceri opera amicitie: non enim eadem diligent: neqꝫ eisdem gau/
debunt. Nam qui virtute consumatus est: vere bona ⁊ pulchra diliget. Qui
vero mente puer est/ neqꝫ animum scientijs virtutibusqꝫ perfecerit: puerilia
solum ⁊ vulgaria. Non potest igitur inter eos firma ꝯstare amicitia. ¶ Un 11
decima. Qualibus amicis indiget felix. ¶ Responsio. Amicis studiosis.
Nam opus est felici iis quibus beneficia conferat/ ⁊ quibuscum delectabili
ter versetur/ iucondeqꝫ cōuiuat. Tales autē sunt studiosi amici: igitur opus
est felici studiosis amicis. ¶ Duodecima. Nunquid opus est felici amicis 12
vtilibus ⁊ delectabilibus. ¶ Responsio. Non. Nā cuius vita secundum se
sufficiens est/ vtiliū bonoꝝ abūdantiā ⁊ vitā secundum se delectabilē hn̄s
vtilibus amicis ⁊ delectabilibus nō eget. Felix aūt est cuius vita secunduꝫ
se sufficiens est: vtilium bonoꝝ abundantiā ⁊ vitā secundū se delectabilem
habens. Est enim felicitas operatio hominis secūdū virtutē ⁊ in vita pfe/
cta: vt sequentia clarius ostendent. igitur nō est opus felici vtilibus amicis
aut delectabilibus. ¶ Decimatertia. Quare amicoꝝ vera amicitia bonitatē 13
adauget. Respōsio. Propter mutuā ꝯsuetudinē vite. Nā studiosi amici cōui
uunt: ⁊ beate vite alter ab altero plenius assumit exemplum. Perinde atqꝫ
duo clara lumina se mutuo illustrāt: ⁊ lucidiora ꝙ̄ vtrunqꝫ per se forent/ red
duntur. Igit̄ ob mutuā vite ꝯsuetudinem amicoꝝ vera amicitia bonitatem
adauget. ¶ Decimaqrta. Cur maloꝝ prauitas/ p coꝝ amicitiā ediuerso au 14
getur. ¶ Responsio. Ob mutuam itidem cōuersationē ⁊ vite cōsortiū. Nā
mali adinuicem secundū corruptas operationes cōuiuentes: accipiunt alter
ab altero prauitatis ꝯsuetudinē. haud secus ac duo laborātes diuersis mor
bis cōtagiosis accipiunt alter ab altero morbi cōtagium. igit̄ ob mutuā in
ꝯuictu societatē atqꝫ cōiunctionē maloꝝ prauitas per coꝝ amicitiā augeē
Quocirca vt studiosoꝝ amicoꝝ societates expetende sunt ⁊ excollēde: ita
ediuerso maloꝝ cōtubernia summopere fugienda/ ne sincerā mentē eorum
Prouerbium Pythagore
mala cōtagia ledāt. Hinc Pythagoras precepisse dicit/ que nigrātes habēt
caudas gustari non oportet: hoc est cum hominibus consuetudinē non esse
habēdaꝫ quos moꝝ depꝛauatio ipsa denigrat. ¶ Decimaquinta. Qn̄ ami 15
corum presentia delectabilis est: vt vtendū est amicis. ¶ Responsio. Id qn/
qꝫ regule in littera posite ostendūt. Prima. Ad ꝓsperas fortunas prompte
vocato amicum: vt ipsum tue prosperitatis participem facias. Ad aduer/
sas autem ipsum tarde aduoca: ne ipsum molestia ⁊ dolore afficias. Scd̄a.
Qn̄ cum sui pauca perturbatione possunt amici multo presidio esse maxi/
me vocādi sunt. Nō eīn grauis pturbatio amicis est inferenda: presidium tn̄
ab eis vbi tp̄s ⁊ res efflagitat est expetendū. Tertia. Ad Amicū infortunijs
pressum nō vocatus accede: vt ei ꝯsolationē ⁊ rebus aduersis psidiū atqꝫ le
uamen prōpte afferas. Quarta. Amicū bene fortunatū (vt scōe fortune gra/

tuleris τ officiũ p̃stes) adito. Quinta. Ad beneficia suscipienda q̃ p̃stãda tardior esto. Nã potius virtutis officium est beneficium conferre q̃ suscipere.

16 pere. ¶ Decimasexta questio. Ubi amicorũ presentia delectabilis est τ veniendum est amicis. ¶ Rñsio: Ubi oportet, τ honesta exigendi presentiã amici prestatur occasio τ locus ipse requirit. ¶ Primũ preceptũ cõmuniter amicitiam studiosam respicit docetq; studiosos amicos perinde atq; seipsum ab amico habendos. Nam etsi eorum diuersa sunt corpora: vnus est tamen in eis spiritus eademq; voluntas. Hinc Alexander rex Macedonum Dario acie superato cũ τ castris eius potitus esset in quibus mater Darij eius vxor τ due filie inter captiuos fuerant: τ ad eas visendas comitat⁹ Ephestiõe sibi amicissimo venisset: mater Darij Ephestionẽ (quia Alexandro statura τ forma prestãtior erat) pro Alexandro more persarum cum veneratione salutauit. Deinde admonita a circunstantibus q̃ errore decepta nõ Alexandrum, sed Ephestionẽ salutasset se excusare cepit erroris veniam petẽs. Cui Alexander Nihil inquit errasti Nam τ hic Alexander est. ¶ Secundũ monet non temere aliquem in amicorũ numerũ esse recipiendum: sed longa prius consuetudine probandũ donec eius explorati habeantur mores. Neq; ante quispiam (vt ait Cicero) amicus habendus est: nisi modium salis cum amico absumpserit idest diu cum eo versatus fuerit. ¶ Tertiũ precipit amicis secreta esse cõmittenda vt proprij pectoris scrinio: nam cõsolatione aut cõsilio aliaue quauis ratione amico auxilium dabunt. ¶ Quartũ spectat ad p̃mũ amicitie munus sc; beniuolẽtiã. Quintũ ad beneficẽtiã sextũ. septimũ τ octauũ ad concordiam. Nonũ respicit primã regulã in decimequinte questionis dilutione positã monetq; amicos secunde fortune participes esse faciendos. Decimum eandem regulã cõcernit admonens amicis aduersitates minime cõmunicandas esse. Undecimũ ad secundam regulam pertinet precipitq; ab amicis cõsilium in dubijs rebus esse petendum. Duodecimũ ad tertiam regulam attinet decimumtertium ad quartam. Decimumquartum vero τ decimumquintum ad quintam.

Precepta. Alexãder Darius Ephestio. Cicero.

Scientia VI

Mentis due sunt p̃tes. Una vis ẽ cõtẽplatiua ac sciẽdi q̃ ea q̃ alr̃ vt sese habeãt mĩme fieri põt cõtẽplamur. Altera vo q̃ ea q̃ alr̃ sese hr̃e pñt pspicim⁹. τ hec vis actiua admĩstratiua cõsultatiua τ sub ducẽdi rõno iaƒ. ¶ Mentis cõtẽplatiue τ vis sciendi: sciẽtia intellect⁹ τ sapiẽtia sunt habit⁹. Et est scia cõclusionũ demõstratiu⁹ habit⁹. ¶ Scibilis q̃ttuor p̃prietates. Est necessariũ eternũ ingenitũ incorruptibile. Scie p̃prietates. Dĩs scia doceri põt: τ scientie scibile disci. Scia est ex antea notis τ ex rõcinatiõe. Rõcinatio syllogism⁹ sub quo τ doctrinale enthymema cõprehẽdim⁹. Scie vl̃ium principiorũ nõ est nisi iductio. τ sub inductiõe exẽplum cõprehẽdimus. Et ipsa pricipia magis q̃z scie cõclusio: nota sunt.


Entem & intellectum idem esse prius dictum est. Cuius due sunt partes scilicet contemplatiua & cõsultatiua. Uis cõtemplatiua est qua ea que aliter sese habere impossibile est/ contemplamur. Illa quidem aliter se habere non possunt: que sunt propositiones necessarie & non possunt esse false. Est itaque vis cõtemplatiua/ vis mentis qua propositiones necessaria & que false esse nõ/ possunt cõtemplamur: vt principia & cõclusiones disciplinarum. Et eadem dicitur vis sciendi: ab vno suorum habituum scilicet scientia/ denominatione sumpta. Uis autem consultatiua est vis mentis qua ea que aliter sese habere possunt perspicimus: hoc est/ qua cõsideramus propositiones contingentes & que possunt esse false. Ille enim hoc in loco dicunt ea que possunt aliter se habere. Ut sunt propositiones de quibus est ars & prudentia. Et hec eadem dicitur vis mentis actiua a digniori suo habitu scilicet prudentia: que perfectius & magis consultat quam ars. Habitus enim artis apud Aristotelem non dicitur practicus siue actiuus sed poeticus atque factiuus. Solus autem prudẽtie habitus practicus dicitur & actiuus/ a quo vt digniori sumpta denominatione tota vis cõsultatiua dicitur actiua: sicut vis cõtemplatiua dicta est vis sciendi ab vno eius habitu. Preterea hec secũda vis animi dicitur cõsultatiua: a nomine cõi ad artem & prudentiã/ quarũ vtraque cõsultat. Dicitur & administratiua: quia pro huius vite mortalis administratione persertim ordinatus. Demum vocatur subducendi ratio/ id est consultandi. Nam subducere rationem hoc in loco est cõsultare & per cõsilium quicquã inquirere. ¶ Idem autem reipsa est vis contemplatiua & consultatiua scilicet ipsa mens atque intellectus/ ratione tamen diuersa sunt: & in comparatione ad diuersa opera/ diuersum habent nomen. Ut enim mens/ necessaria contemplatur: dicitur contemplatiua/ vt vero contingentia considerat quorum est cõsultatio: vis cõsultatiua. Sicut cum dicimus: flãme due sunt vires/ vna est ad calefaciendum alia ad illuminãdum: eadem est flãma que vtranque vim habet/ & calefaciendi scilicet & illuminãdi: sed qua calida est/ calefacit: & qua lucida/ illuminat. Preterea sicut idem est oculus suspiciens celũ/ & aspectum in terrã deflectens: diuersa tamen ratione. Nam vt visum attollit in altũ: dicitur sursum aspicere. Ut vero humi deiicit obtutum: dicitur aspicere deorsum. Ita sane eadem est vis cõtemplatiua: que est vt acies oculi erecta ad sidera/ & vis consultatiua: vt eadem oculi acies sed demissa depressaque in terram. Ceterum vis cõtemplatiua mentis siue vis sciendi habet tres habitus: vtpote scientiã/ intellectũ/ & sapientiã. Quocirca planũ est sciẽtiam omnẽ esse habitũ cõtemplatiuũ/ speculatiuũ/ atque Theoricũ: quia partis cõtemplatiue habitus est. Et secundũ Aristotelẽ nulla sciam debere dici practicã/ habitumue practicũ. Nulla enim: mentis cõsultatiue est habitus. Et secundum Aristotelis sententiam habitus aut speculatiuus aut practicus nominatur a vi mentis cuius est habitus. Porro trium cõtemplatiue partis habituũ scientia primũ habet determinationis locũ: & diffinitur eẽ cõclusionũ demonstratiuus habitus. i. habitus cõclusionis vnius aut pluriũ: per demonstrationem vnã quidem aut plures acquisitus. Que si sit vnius cõclusiõis habitus scientia simplex dicitur. Si vero pluriũ: cõposita. Sed eã potissimũ

Q. ea/ dẽ reip/ sa sed di/ uersa rõ ne ẽ vis cõtẽpla tiua et cõsulta/ tiua.

curant auctores que est cõclusionũ cõpletã pfectãq₃ ⁊ totã disciplinã constituentiũ. Ut logicã que ex oĩbus logicis cõclusionibus coalescit: ⁊ physicaʒ que ex physicis. Scibile aũt est propositio cuius nata est haberi scientia.

¶ Et eius quattuor in littera assignanẗ proprietates. Prima. Scibile est necessariũ idest propositio vera que nõ põt esse falsa: quemadmodum res supramundane dicuntur necessarie que sunt ⁊ non possunt non esse. Secunda scibile est eternũ: sumpta quidẽ a re similitudine. Sicut enim eternũ in rebus diciẗ qđ sue durationis nõ habet principiũ neq₃ finẽ. Ita scibile quoq₃ eternũ diciẗ qua nunq̃ inceperit esse verũ post falsitatem: neq₃ vnq̃ post suam veritatem incipiet esse falsum idest ex falso nõ trãsmutatur in verũ: neq₃ ex vero transmutaẗ in falsum. Tertia. Scibile est ingenitũ: a rebus itidem rõne sumpta. In quibus id ingenitũ dicitur qđ non incepit esse rʒ semp fuit. Ita scibile non incipit esse verum sic q̃ prius fuerit falsum: neq₃ vnq̃ ex falso pmutatur in verum. Quarta. Omne scibile est incorruptibile | idest nunq̃ potest desinere esse verũ ⁊ ex vero transmutari in falsum. perinde atq₃ res dicitur incorruptibilis que nunq̃ desinit esse sed semper erit. Quare eternũ tã principium q̃ finem respicit: ⁊ complectitur tam ingenitum quod solum principium q̃ incorruptibile quod solum finem concernit. Et sumunẗ hec quatuor necessarium eternum ingenitũ ⁊ incorruptibile secundum logicam intelligentiam atq₃ materiam subiectam pro propositionibus veris que nunq̃ fuerunt false neq₃ vnq̃ erunt. immo vero que non possunt esse false: quales sunt propositiones disciplinarum. Ea tamen significatio ex analogia rerum apte sumpta est. Naʒ qđ est esse in rebus est esse verum in propositionibus non esse in rebus esse falsum in propositionibus. Posse esse in rebus: posse esse verum in propositionibus non posse esse in rebus: nõ posse esse verum in propositionibus. Posse non esse: posse esse falsuʒ. Non posse non esse: nõ posse esse falsum. Et ex istis proprietatibus cognoscuntur scibilia ipsa habere vestigium verissimorꝫ entiũ: que habẽt necessitatẽ essendi ⁊ que nõ possunt non esse. Scibilia tamen ipsa non habent necessitatem vt sint nam possunt non esse: sed habent necessitatem veritatis q₂ nõ pñt non esse vã. Itaq₃ ipsorum veritas ⁊ veritatis necessitas emulatur necessitatem essendi supramundanorum. Quo circa magna est profecto disciplinarum dignitas atq₃ excellentia que tam sublimium rerum preferunt imaginem: ⁊ in celestibus habent quod velut vmbraculo quodam exprimant. Uerum huiusmodi dignitas et prestabilitas perspici non potest: nisi discipline in pulcherrimo suo decore spectentur coq₃ ornatu quem a suis auctoribus primum acceperunt. Quem iniuria tẽporuʒ labefactũ atq₃ offuscatũ ipse restituat: qui sciaʒ hoĩbus cõĩcauit per quã cognosceretur ⁊ animus ad ipsum felicissima contemplatione eueheret. ¶ Postremo subduntur scie quattuor pprietates. Prima. Omnis scientia doceri potest ⁊ omne scientie scibile disci. Scientia quidem omnis doceri potest a callente ipsam: qui sicut ab alio scientiam accepit ⁊ a se non habuit ita quoq₃ alteri tradere ⁊ cõĩcare põt. quemadmodum color oĩs a lumine hominũ oculis exhiberi põt spectabilis: immo vo quẽadmodum flamma rebus nõ inflãmatis distribui ⁊ in plures flãmas multiplicari põt. Aut quẽadmodũ occultũ lumen aliis nõ duʒ illuminatis sine

Quattuor scibilis pprietates.

Quãta sit sciarum dignitas.

Scia qttuor pprietates

sui iniuria aut diminutione potest cōmunicari. Omne autem scibile potest disci a discipulo nōdum scientiam assecuto: sicut omne visibile videri / et audibile audiri. Et ex hac proprietate constat nos aliquid de nouo scire posse: doctrinaque et exercitatione scientiam quam prius non habuimus acquiri. Quod est oppositum assertioni eorum qui negabant nos aliquid scire posse: et hominibus tam preclare rei (scientie dico) possessionem auferebant. Et eorum etiam qui arbitrati sunt scientias nobis insitas atque ingenitas esse.

¶ Secunda scientie proprietas est. Omnis scientia est ex antea notis / id est principijs que ante demonstrationem vera esse cognosci debent. Omnis siquidem scientia est ex ratiocinatione / id est syllogismo demonstratiuo cuius maior et minor principia sunt aut ex principijs cognita: conclusio vero est ipsum scibile siue propositio que demonstratur et cuius est scientia. Ratiocinatio autem hoc in loco idem est quod syllogismus / nō quidē omnis sed doctrinalis: sub quo doctrinale enthymema et debet cōprehendi / quod a syllogismo vnius tantum premisse suppressione differat: cuius explicatione ex enthymemate fit syllogismus. Siquidē omnis demonstratio aut per syllogismum fit aut enthymema.

¶ Tertia proprietas. Uniuersalia scientiarum principia ob sui obscuritatē aliqua declaratiōe indigētia: sola probantur inductione ex notioribus ad nos. Ut hoc principium / impossibile est contraria simul esse in eodem / hoc modo per inductionem manifestatur: impossibile est eundem hominem bonū esse simul et malum / neque pōt idem animal sanū esse et simul egrum / aut idē corpus album esse et simul nigrū. Ex quibus apertius cognoscitur huius principij veritas impossibile est adinuicem cōtraria simul esse in eodem. Uerum hec principij explanatio / demonstratio nō est: nam nō procedit a notioribus natura ad notiora quo ad nos sed econtra. Sub inductione aūt exemplū cōprehenditur quod etiā a singulari et minus cōmuni procedat. Nam per exemplū etiam scientiarū principia nonnunquam declarantur: vt per hoc quod oppositorum est idē sensus facile est ostendere quod oppositorum est eadem disciplina. ¶ Quarta proprietas. Ipsa principia magis quam cōclusio cuius est scientia nota sunt. Nā per ipsa principia conclusio fit nota: sunt igitur principia / sua conclusione notiora. Si cum per aliquid / alterū cognoscitur: id per quod alterum cognoscit / magis cognoscitur: quēadmodū color videtur per lumen / quare lumen perfectius videtur quam color. Est enim lumen vt principiū / color aūt vt cōclusio. Preterea quod est per se tale: est magis tale eo quod est per alterum tale. Atqui principia per se sunt nota / cōclusiones aūt per principia fiunt note: sunt igitur principia quam sua cōclusio notiora. Sed hec omnia ex logicis exactius cognoscenda sunt.

Intellectus. VI



Intellectus est habitus principiorum. Principia sunt que cum aliter sese habere non possint: per seipsa et non per alia fidem habent. Principiorum proprietates: ee que et scibilis sunt. ¶ Intellectus proprietates. Omnis intellectus est intelligibilis / et principium intelligibile. Intellectus non est per ratiocinatio-

nem. Est mentis habitus scientia perfectior: ⁊ sine quo scientia minime haberi potest.

SApientia est scientia ⁊ intellectus eorum que honorabilissima sunt in natura. ℂ Eius proprietates. Est certissimorum principiorum|atq3 certissimorum scibilium. Intellectum continet certissimum|⁊ scientiam certissimam. Est mentis intellectualium virtutū p̄clarissima|honorabilissima|principalissima|ac optima. Est ⁊ sapientia in alia significatiōe que est artis virtus. vltima enim artis perfectio: eius virtus nominatur. secūdū quā significationem Polycletū ⁊ statuarium|⁊ sapientem dicimus. Sapiē tia. VI

VIs mentis que consultatiua dicitur ars ⁊ prudētia sunt habitus. Ars vero est habitus circa ea que aliter sese habere possunt: vera cum ratione factiuus. Factio que ⁊ effectio nominatur: est in opus extrinsecum trāsiens operatio. ℂ Artis tres sunt operationes. Prima est quo pacto aliquid faciendum sit: consideratio. Secunda. circa extrinsecum opus operatio. Tertia: rei facte contemplatio. Prima ⁊ tertia|actiones sunt. Est enim actio in ipso operante immanens operatio. Secunda vero (a qua factiua nō ab re dici videtur) effectio. ℂ Factibilis (qđ ⁊ extrinsecū opꝰ est) proprietates. Cōtingēs est eē ⁊ nō eē. extrinsecum eius principiū: non eni3 in eo sed in faciente est. ℂ Artis proprietates. est cōtingentiū. circa opus extrinsecū. seruilis in materia cum fortuna quodammodo cōueniēs. Artis contrarium est atechnia: ⁊ est habitus eorum que sese aliter habere possunt: falsa cum ratione factiuus. Ars. VI

SEcunda virtutis intellectualis species sc3 intellectus|diffinitē esse habitus principiorū: vt horū|īpossibile est duas adinuicē cōtradictorias simul veras|aut falsas esse|īpossibile est eandem propositionē simul verā|⁊ falsam esse. Que quidē principia sunt: nam cum aliter se habere non possint|id est cū sunt ppositiones que nō possunt esse false: per seipsa ⁊ nō per alia principia fidē habent|idest sue veritatis credulitatē nō per alia principia si

cut cõclusiones sciarũ/sed ex seipsis habent:queadmodũ lumẽ nõ per aliud sed p se videt. Et q̃uis principia interdũ habeãt fidẽ p notiora quo ad nos vt p minus cõia ex qbus per inductionẽ fiunt clariora:id tñ eorum rõni minime repugnat/cũ nõ accipiãt cognitionis sue firmitudinẽ ex aliis pncipiis et per demõstrationẽ:qd solũ pretendit eorum diffinitio. Principiorum aũt proprietates eedem sunt que ipsius scibilis/cõclusionisq̃ sciarum.s. q principiũ oẽ est necessariũ/eternũ ingenitũ/et incorruptibile:scdm eam que prius data est intelligentiã. ¶ Deinde ponunt tres intellectus proprietates. Prima. Ois intellectus est ipsius intelligibilis:hoc est ipsius principii:cuius habitus est intellectus. Referuntur eni intellectus et intelligibile adinuicẽ sicut scia et scibile. Et omne principiũ est intelligibile.i.obiectum ipsius intellectus. Perinde atq̃ qs dixerit oẽm scientiã esse ipsius scibilis. et cõclusionẽ oẽm esse scibilẽ. Et hic intelligibile sumit vt dicit ab itellectu habitu pncipiorum:et nõ ab intellectu sumpto pro vi intellectiua. ¶ Secunda. Intellectus non est per ratiocinationem. Nam habitus principiorum non acquiritur per demõstrationẽ aut syllogisticam aut enthymematicam:sed per inductionem aut exẽplum vt modo dictũ est. ¶ Tertia. Intellectus est mẽtis habitus/scia pfectior.queadmodũ principia cõclusionibus sunt perfectiora:q̃ he per alia/illa võ per se fidẽ habẽt.sicut etiã lumẽ pfectius est colore:q ipsum per se/color võ per aliud videat. Et sine intellectu scia minime haberi põt. Nam sine principiis nõ possunt cognosci cõclusiones:vt neq̃ sine lumine videri color. Intellectus aũt/principiorum:scientia võ cõclusionum est habitus:igitur sine intellectu nõ põt haberi scientia/haud aliter ac sine luminis collustratione non potest fieri visio coloris. Horum autem amplior declaratio ad logicam spectat disciplinam.

Tres intellectus proprietates.



Sapientia neq̃ solũ prinpiorum/neq̃ tantũmodo conclusionũ est habitus/sed pncipiorum et cõclusionũ simul:nõ qdẽ cuiuslibet disciplinesed Methaphysice/que determinat de optimis et pfectissimis nature entibus que hic honorabilissima in natura dicunt:iccirco sapiẽtia ziunctim dicit scia/et intellectus eorum entiũ que honorabilissima sunt in natura. ¶ Eius tres subdunt proprietates. Prima:sapiẽtia certissimorum est principiorum atq̃ certissimorum scibiliũ. Nã alie disciplinae principia habẽt et conclusiones necessarias atq̃ impossibiles aliter se habere:tñ de reb⁹ cõtingentibus et que pñt nõ eẽ. Sapientia vero habet principia et cõclusiones necessarias/et pterea est de rebus necessariis et que nõ possunt nõ esse:quare manifestũ est principia et scibilia sapiẽtie lõge plus habere certitudinis q̃ principia et scibilia aliarum disciplinarum. ¶ Scda. Sapientia intellectũ cõtinet certissimũ et scientiã certissimã. Nã quale obiectum talis est et illius habitus. Sed principia et scibilia sapientie dicta sunt esse certissima:igitur intellectus sapientie est certissimus/itidem et scientia certissima. ¶ Tertia. Sapientia est virtutum intellectus nobilissima/honorabilissima/principalissima et optima. Nam ea q̃ determinat sapientia:sunt entia in natura nobilissima/honorabilissima/principalissima ac optima. Talis igitur est et sapientia. Sequuntur enim habitus na-

Tres sapiẽtie proprietates

turam et conditionem eorum de quibus sunt. Proinde ceteri mentis habitus contemplatiui ad sapientiam vt optimum contemplatiue partis habitum ordinantur: sicut omnes habitus actiui referuntur ad dignissimum habitum actiuum scilicet iustitie legitime prudentiam. Deinde ponitur alia sapientie significatio qua est artis seruilis virtus: diffiniturque esse vltima et consummata artis perfectio. Et hoc modo sapiens est qui completam / exactamque artis perfectionem assecutus est. Ut Polycletus arte statuaria admodum insignis: in ea acceptione sapiens est, statuarius. Et Zeusis heracleotes / sapiens habitus, est pictor: quod tanta arte vuas depinxerit / vt aues ipsarum imagine decepte, ad eas decerpendas aduolarint. Et ita ceteri in sua arte summi / sapientes vocantur. Polycletus. Zeusis




Uis mentis consultatiua duos habet quibus perficitur habitus / scilicet artem / et prudentiam. Quorum ars dicitur habitus factiuus: quia ordinat ad faciendum / idest operandum circa materiam exteriorem. Dicitur preterea factiuus vera cum ratione: quia dirigit ad operandum eo modo quo res ipsa secundum artis precepta fieri debet / nihil omittendo eorum que ad ipsam artem requiruntur. Ut ars pictoria ad pingendum vera cum ratione / et secundum illius artis regulas: et ars scribendi ad scribendum vera itidem cum ratione et quemadmodum res ipsa exigit / Uersatur autem ars circa ea que aliter se habere possunt / idest que possunt esse falsa: quia consultatiue partis habitus est. Eius opus vocatur factio siue effectio: que diffinitur esse operatio transiens in opus extrinsecum. vt edificii ex lignis et lapidibus constructio / alicuius imaginis depictio / characterum litterariorum in membrana formatio: factio siue effectio nominatur. ¶ Ceterum totius artis vt quoduis opus absoluat triplex est operatio. Prima est consideratio quo pacto aliquid est faciendum: vt quantum esse debet quod molitur opus / cui vsui accomodandum / cuius figure / ex qua materia quibus instrumentis / quo tempore / quo loco. hec enim apud se artifex inquirit: antequam exordiatur opus. ¶ Secunda: est operatio circa opus extrinsecum secundum circumstantias per artis consultationem determinatas. Ut edificatio circa cementum ligna et lapides / et scribentis circa papyrum atramentum et calamos occupatio. ¶ Tertia vero est contemplatio atque consideratio rei facte: qua artifex singulas operis partes examinat perspiciens an quicque superuacuum sit aut diminutum / aut aliquid emendandum sit: in quo a rectitudine artis aberratum est. harum vero operationum prima et tertia sunt actiones: quia sunt operationes immanentes in ipso operante et non transeuntes in extrinsecum. Secunda vero dicitur effectio: quod ab operante in opus extrinsecum transeat. ¶ Subiunguntur ipsius factibilis (quod extrinsecum est opus per artem fieri natum) due proprietates. Prima. Ipsum factibile contingens est esse et non esse: vt domus / tunica / calceus potest esse et non esse. Uersatur enim ars circa contingentia: et que aliter sese habere possunt. ¶ Secunda. Principium efficiens ipsius factibilis est ipsi factibili extrinsecum. Nam ipsum non est in factibili sed in artifi

Tres artis operationes.

Due factibilis proprietates.

ce faciente: vt ars edificatoria non est in domo que extruitur sed in edificatore/ et ars pictoria nõ in pictura que formatur sed in pictore/ et ars sutoria nõ in calceo sed sutore. ¶ Postremo subduntur ipsius artis quattuor proprietates. Prima. Ars est cõtingentiũ. Et eo ipso differt a cõtẽplatiue partis habitibus: qui sunt necessariorũ. Et est ars ipsa tam rerum cõtingentiũ q̃ propositionũ eas res enunciantiũ. Nã propositiones exprimẽtes hoc in loco edificandam domũ/ et ex hac materia: cõtingentes sunt/ et a veritate decidere possunt. ¶ Scđa. Ars est circa opus extrinsecũ et qđ est extra operantẽ: vt ars edificandi circa domũ que est extra architectũ/ et ars pingendi circa imaginẽ que est extra pictorẽ. ¶ Tertia. Ars est seruilis/ in cõparatiõe quidẽ ad virtutes morales et disciplinas: ad quas se habet ars sicut natura seruus ad natura dominũ/ et quẽadmodũ corpus (cuius necessitati subleuãde pcipuam curã impendit) ad animũ quem virtutes/ sciẽtieq̃ pfectius excolunt. Quare apud antiquos ingenuo pditi aio ad litteras et virtutes: duro aũt ingenio ad artes solũ accõmodabant. Et eã ob cãm ipse artes/ seruiles dicunt et vulgatiori noie mechanice/ idest adulterine: q̃ relicto digniori animi cultu ad corpus lõge aio inferius degenerẽt atq̃ decũbãt: iccirco et mechari et adulterari quodãmodo vident. ¶ Quarta. Ipsa ars in materia/ cũ fortuna quodãmodo cõuenit. Nã artis materia est extrinseca. Est eni ars per secundã proprietatẽ circa opus extrinsecũ. Silr bona fortune (que dicunt ipsius fortune materia) etiã sunt extrinseca et extra possidẽtẽ. Fortuna tñ nõ est ars. q: que a fortuna eueniũt: temere et per accidẽs eueniũt/ que vo ab arte: cũ electione. Contrariũ aũt artis greco noie atechnia dicit. Nã a particula in cõpositiõe/ negatiua est apud grecos: sicut prepositio in apud latinos. Et techna/ e/ vel techne/ es: artem designat. Et est habitus factiuus falsa cũ rõne: vt imperitia domificandi in eo qui artem edificatoriam sibi vendicat/ et inscitia pingendi in eo qui artem pictoriam. Sicut ignorãtia latine locutionis in eo qui se dicit grammaticum.



Prudentia est omnino circa hominis bona et mala vera cum ratione actiuus habitus. Que si vnũ hominem in suis agendis dirigit: prudẽtie nomẽ retinet/ aut monostica prudentia dicitur. Si domum: reifamiliaris prudentia/ et economica. Si ciuium multitudinem: ciuilis prudentia et ciuilis facultas / atq̃ polytica nominatur. Tria eius opera. Recte cõsultare. de iis que recto cõsilio sunt inuẽta: recte iudicare. recte iuenta/ iudicataq̃ pcipere. Prudẽtie circũstãtie iã dicte sunt. ¶ Cõsiliũ proprietates. Nõ est sine mẽte. nõ est finis pñtis. pteriti. impossibilis. necessarii. est mediorum in finem. et finiti. est futuri. et contingentis. et eorũ que in nostra sunt potestate. est et incerti quo pacto eue-

niat. ¶ Ordo prudētis in ɔsultando. Finem supponit: qua ratione| quibusue mediis finis assequi possit: inquirit. ⁊ si plura sint media: quod illorum expeditius. ꝙ si vnico optime finē assequimur: ꝗliter| quo mõue id mediũ nāciscamur. ¶ Sane cum primũ prudētie opus sit recte consultare: vĩtus qua recte ad totius vite bonũ via qua oportet ⁊ tēpore cõgruenti ɔsultamus| bona ɔsultatio ⁊ eubulia dicit. Et virtus qua circa ea que vtplurimũ in legis positione accidũt recte iudicam⁹: sagacitas ⁊ synesis. Et que in quibus lex ob vniuersale deficit| recte iudicat: sentētia ⁊ gnome dicitur. Et que ad recte exsequēdum ea que rite iudicata sunt| est preceptiua: prudētie cõe nomen sibi peculiariter asciscit ac vendicat.



Diffinitur prudētia esse habitus actiuus| id est dirigēs ad agēdum atq; operādum scōm virtutes morales| quaꝝ opationes hic actiones dicuntur. Actiuus inquā vera cum ratione id est quantum oportet| gratia cuius oportet| ⁊ ita de ceteris: nihil omittendo regularum prudentie. Neq; dirigit prudentia solum ad agendum scōm vnam virtutem| aut etatis partem: sed omnino| idest scōm omnes virtutes ⁊ in tota vita humana. Versat enim circa oēs virtutes prudentia| sicut logica circa oia argumētationũ gña: ꝗre pōt recte prudētia dici ars oium vĩtutũ| sicut logica est ars oium armētationũ. Demũ dirigit prudētia ad recte agēduꝫ circa quecũq; hõis bona| siue fortune| siue nature| vtilia| delectabilia ⁊ honesta. Et etiam circa queuis hominum mala| aut fortune vt inopiam| inhonorationes| aut contra naturaꝫ vt egritudines| incõmoda| tristia| turpia. Nempe prudentie officium est recte ostendere: quomodo huiusmodi mala| aut fugienda sunt aut equo animo toleranda. ¶ Et diuidit prudentia in Monosticam prudentiam| economicam| ⁊ ciuilem. Monostica prudentia est que vnum hominem in suis agendis dirigit: vt ea qua quis consultat quo modo bene| beateq; viuat. Et hec interdum nomine cõmuni prudentie nominatur: ⁊ simpliciter prudentia dicitur. Economica prudentia est que domum atq; familiam in suis agendis dirigit. Et hec ad patrēfamilias spectat. Unde ⁊ nomē sumit: atq; rei familiaris prudentia etiam dicitur. Ciuilis prudentia est que ciuium multitudinem in republica moderanda dirigit. Et hec ad magistratus: optimates| reges| ⁊ ceteros reipublice gubernatores pertinet: vt ea directrice| ciuitates| regna ⁊ imperia recte regant. Et ergo ciuilis facultas prudentiaq; polytica etiam nominatur. Et inter has species| dignitatis atq; perfectiōis certus est ordo. Nam prudentia economica est perfectior ꝙ monostica. Nā preclarior est prudentia que est ad se| ⁊ ad alterum: ꝙ que ad se solum. At prudentia economica est ad se ⁊ ad alteꝝ: nā ad totā familiā gubernādā| cui⁹ ipse pater

Prima diuisio prudentie.

familias est pars. Monostica autem ad se solum: igitur prudentia economica est perfectior monostica. Et quicunq̄ habet econonomicam habet monosticam: quia quicūq̄ scit regere familiam etiam scit regere seipsum. Et ex opposito qui scit sum regere nescit: neq̄ itidem sciet familiam gubernare: quēadmodum qui seipsum per viam dirigere nescit quia oculis est captus/ neq̄ alios sane per viam recte ducet. Preterea prudentia ciuilis est perfectior economica. Nam ea virtus qua pluribus bonum cōmunicatur: prestantior est ea qua datur paucioribus. Quāto enim cōmunius est bonū: tanto melius. At per ciuilem prudentiam cōmunicatur bonū pluribus scʒ toti ciuitati q̄ per economicā: que solum dirigit vnam familiam partem quidē ciuitatis/ igitur prudentia ciuilis potior est prudentia economica. Et quicunq̄ illam habet: vt hanc etiam habeat/ necesse est. Nā qui nouit regere ciuium multitudinem: vt vnā quoq̄ familiam (que exigua est ciuitatis pars: τ vt vnus homo ad familiam) facile sciet dirigere. Et cōtra qui familiā dirigere nescit: a fortiori neq̄ ciuitatem sciet gubernare. Ex his quoq̄ manifestum est prudentiam ciuilem esse digniorem atq̄ perfectiorem prudentia monostica: q2 dignior est q̄ economica/ que probata est monosticam perfectione superare.
Tria prudentie opa. Et quicqd est dignius digniore: etiam dignius est minus digno. ¶ Deinde ponuntur in littera tria prudentie opera. Primum est. Recte consultare/ id est consilio inquirere atq̄ inuestigare/ singulas prudentie circunstantias (que in principio posite sunt) considerando. Secundum. De his que recto consilio sunt inuenta/ recte iudicare quid melius τ potius est. Tertium. recte inuenta iudicataq̄ precipere/ τ exequi curare. Et hec opera se ordine quodam consequuntur. Nam primum consultat prudens quid agēdum est τ quomodo/ deinde de his que per consilium sunt inuenta iudicat an expedientia sint: et si fuerint plura/ quod eorum expedientius est: τ cōmodius. Ultimo autē loco precipit ea que consilio inuenta τ recte iudicata sunt: accommodatq̄ ad opus. At vero quia precipuum ipsius prudentis officium est recte consultare: subijciuntur ipsius consilij duodecim proprietates. Prima. consilium nō
Consilij duodecim proprietates est sine mente. Quia fit virtute mentis consultatiua cuius prudentia est habitus: quare animalia mentis expertia non consultant sed solus homo. Secūda. Consilium non est ipsius finis. Nam finis ipse imprimis supponi debʒ: τ non consilio inquiri. Tertia. Consilium non est presentis. Nam que presentia sunt/ minime dubia sunt: consilium autem est de dubijs. Quarta. Consilium non est preteriti. Nam non potest consilio impediri preteritum ne ipsum euenerit: aut disponi: vt aliter eueniat. Quare qui post rem perpetratam consilium querunt: similes sunt eis qui accepto vulnere protendunt ad sui defensionem clipeum. Quinta. Consilium non est impossibilis. Nemo enim consultat quomodo homo fiat lapis: cum id fieri minime possit. Sexta. Cōsilium non est necessarij. Ut huius/ homo est animal: nam id non potest nō fieri. Septima. Consilium est mediorum in finem: que consultatione inquiruntur vt per illa ad finem perueniatur. Octaua. Consilium est finiti. Nam si infinita essent media que consilio inuestigarētur: impossibile esset illa pertransire/ quare non posset quispiam per illa peruenire ad finem suppositū. Nono. Consilium est futuri. Nam id potest euenire τ nō euenire: τ per con-

silium expeti aut vitari. Decima. Consilium est cōtingentis. Nam ꝯtingens pōt esse/ ⁊ non esse: ⁊ ratione consilij vt eueniat aut non eueniat disponi. Undecima. Consilium est eorum que sunt in nostra potestate. Nam que in nostra potestate collocata non sunt: non possunt nostro consilio dirigi: vt quomodo homo senium aut mortem effugere possit: non est expetendum consilium. Duodecima. Consilium est incerti quo pacto eueniat. Nam quorum euentus certus ⁊ determinatus est: minime consilio determinanda sunt: vt non est ingrendum cōsilio vtrum sol crastino die orictur: cum id naturaliter ⁊ certo euenturum sit. ¶ Quem vero ordinem seruet prudens in consultando: quatuor que subnectuntur regule declarant.

Ordo pruden tis i ꝯsul tādo.

Prima. Prudens supponit finem sui operis: perinde atqꝫ viator supponit metā/ ⁊ terminū sui itineris/ neqꝫ consultat quo debeat proficisci. Scd̃a. Prudens qua ratione quibusue medijs finis assequi possit/ inquiri. Ut si finis propositus sit pax cum inimicis habenda: inquirit prudens qbus modis possit ipsa pax cum hostibus conciliari. Queadmoduꝫ aliquo profecturus vt vie ignarus: ingrit quo calle ad ꝯstitutum terminum sit proficiscēduꝫ. Tertia. Si plura sint media assequendi finem: ingrit prudens quod illorum medioꝝ est expedientius. Ut si media assequendi pacem cuꝫ rege inimico sint: certe pecunie numeratio/ aut alicuius vrbis ad regis subiectionem accessio/ aut coniugium: inuestigandū superest quod illoꝝ trium mediorum est conducibilius. Queadmodum si plures sint vie ad eundē terminum ducētes: sollicite ingrit viator que illaꝝ est cōuenientior. Quarta. Si vnico medio optime finem assegmur: deinceps inquirit prudens qualiter quomodoue id medium nāciscamur. Ut si per federa cōiugij/ optata ⁊ proposita pax conuenientissime haberi possit: peruestigare opus est quo pacto id medium assequi possit. Sicut si vnica via ad metam constitutam peruenire potest viator: diligenter ingrit quo mō viaꝫ illam teneat. ¶ Demum diuiditur prudentia in tres alias species: scꝫ bonaꝫ consultationem/ sagacitatem ⁊ sententiaꝫ.

Alia pruden tie diui sio.

Bona consultatio siue eubulia est prudentia qua recte ad totius vite bonum via qua oportet/ ⁊ tempore conuenienti consultamus. Et hec respicit primum prudentie opus scꝫ recte consultare. Fitqꝫ aut ad bonum vnius hoīs/ aut familie/ aut ciuitatis: subdiuidē do eam per tres species prius positas/ ⁊ consimiliter eas diffiniendo. Et sub duabus circunstantijs in hac diffinitione expressis scꝫ quomō ⁊ quando: cetere circunstantie rōnis intelligende sunt vtpote quātum/ gratia cuius/ quis cui/ vbi: nam in bona consultatione/ oīum circunstantiarum habenda ratio est. Sagacitas siue synesis est prudentia qua circa ea que vt plurimum in legis positione institutioneqꝫ accidunt: recte iudicamus. Et hec dirigit ad rectam positarum legum intelligentiam/ expositionem atqꝫ iterpretationē pro iustitia obseruanda. Sententia siue gnome est prudentia que in quibus lex ob vniuersale deficit: recte iudicat. Ut si posita sit lex quisquis alterum occiderit: capite mulctetur. Sortes autem impetatur a Platone infestissime/ cogaturqꝫ aut se defendere/ aut a platone obtruncari: qui nulla ei patet via ad fugiendum. Ea necessitate perculsus sortes se defendat ⁊ infestū sibi platonē preter opinionem occidat. Deinde poscatur ad supplicium plectendus capite ob perpetratam cedem: iudicabit prudens per hanc tertiam prudentie spe-

ciem (a qua quis dicitur bene sentiens) legem illam positam esse in eos qui alios inuadunt & adorientes interficiunt: & non in illos qui se ab aliorum iniuria defendant: pro nde censebit fortem non esse morti obnoxium: & legem non adeo vniuersali intelligentia vt sonat esse accipiendam. Respondetque hec prudentia vni parti iustitie: que equitas & bonitas prius dicta est. Et he due postreme species ad secundum prudentie opus pertinent quod est recte iudicare | & potissimum ad prudentiam ciuilem: quod in ea ponantur leges & re c m exigant explanationem. Ea vero prudentia que ad recte exequendum e. que rite iudicata sunt est preceptiua | tertioque respondet operi prudentie: non habet speciale nomen quo vocetur impositum: sed communi noie prudentie nuncupatur | & nullo adiecto prudentia dicitur.

Qones

Questiones.

1 Quid.
2 Quot prudentie opera.
3 Circa que.
4 An non circa vniuersalia & singularia.
5 Circa quod magis.
6 Quo mentis virtutes conueniunt.
7 Quo differunt.
8 Quo prudentia a morali philosophia differt.
9 Ad quid prudentia & sapia conducunt vtilesque sunt.
10 Estne sapientia potior prudentia.
11 An virtus moralis sine prudentia.
12 An prudentia sine virtute morali sit.
13 An vna vtutum moralium sine alia qlibet esse possit.
14 Qualis.
15 Quid prudentiam saluat.
16 Quare scientie & non prudentie fieri potest obliuio.
17 Per quid virtutis perficitur operatio.
18 Quando prudentia vtendum est.
19 Et vbi

Elemta ¶ Elementa. ¶ 2. Tria: recte consultare | recte iudicare | recte exequi mandare. ¶ 3. Circa hominis bona & mala in vita. ¶ 4. Actiones humane non modo particularium: sed & vniuersalium sunt. ¶ 5. Actio magis circa singula quam circa vniuersale versatur. ¶ 6. Omnis virtus mentis: mentem perficit. ¶ 7. Scientia | intellectus | sapientia | necessariorum sunt: prudentia vero est ars | contingentium. Item prudentia actiuus est habitus | ars vero factiuus. ¶ 8. Moralis scientia in sola ratione

consistit appetitus rectitudinem non suppone͂s. ¶ 9. Ad perficiendam mentes. ¶ Prudentia ⁊ sapientia mentis sunt perfectiones/atq; felicem perficiunt. ¶ 10. Uirtus que nobilioris anime partis est: potior est. ¶ 11. Nulla moralium virtutum sine intellectus discretione (que quidem ⁊ sine prudentia non fit) esse potest. ¶ 12. Recta electio finis non nisi a virtute proficiscitur. ¶ 13. Quicunq; prudentiam habet: omnes moralium virtutum consecutus est. ¶ 14. Consultatiua/iudicatiua/preceptiua. ¶ 15. Temperantia. ¶ Id prudentiã saluat: quod rectã extimationem conseruat. ¶ 16. Quod in sola ratione consistit: eius potest esse obliuio non autem eius/quod simul appetitũ rectum trahit. ¶ 17. Per virtutem moralem ⁊ prudentiã. ¶ Per id perficitur virtutis operatio: quod de fine rectam intentionem facit/⁊ quod media perueniendi ad fine͂ monstrat. Uirtus moralis rectam intentionem: ⁊ prude͂tia/media prebet.

¶ Prima questio. Quid prudentia. Respõsio. Est omnino circa hominis
1 bona ⁊ mala vera cum ratione actiuus habitus. Et ita per ordinem: cetero
2 rum interrogentur respondeanturq; diffinitiones. ¶ Secunda. Quot sunt
prudentie opera. ¶ Responsio. Tria: scilicet recte consultare/recte iudicare/
⁊ recte exequi mandare. Et hec diuisio (sicut ⁊ cetere doctrinales) suppone͂
da est. ¶ Tertia. Circa que est prudentia. ¶ Responsio. Circa hominis bo
3 na ⁊ mala in vita. Nam circa ea ⁊ homines prudentes dicuntur: ⁊ ipsius prudentie operatio laudatur. Ita prude͂tia monostica circa vnius hominis bona ⁊ mala versatur/⁊ economica: totius familie. Polytica vero totius ciuitatis. ¶ Quarta. An prudentia non versatur circa vniuersalia ⁊ singularia
4 ¶ Responsio. Uersatur. Quia prudentia versatur circa actiones humanas. Atqui actiones humane non modo singularium: sed ⁊ vniuersalium sunt. Nam leges ⁊ precepta humanarum operationum sunt vniuersalia: igitur prude͂tia ⁊ circa vniuersalia/⁊ singularia versatur. ¶ Quinta. Circa quod
5 magis versatur prude͂tia: an circa vniuersalia/an ne potius circa singularia. ¶ Responsio. Circa singularia. Nam prudentia est actionum humanarum directrix. Actio autem humana magis circa singula ꝙ circa vniuersale versatur. Singula inquam/idest singularia. Nam vniuersalia solum ponuntur in humane vite directione vt ex eis singularia deducantur/quorum imprimis est actio: igitur prudentia magis circa singularia ꝙ circa vniuersale versatur. ¶ Sexta. Quo mentis virtutes conueniunt inter se. Responsio. Eo ip
6 so ꝙ omnes mentem perficiunt. Omnis enim virtus perficit id cuius est: vt virtus moralis perficit appetitum que͂admodũ sanitas corporis ipm corpus

ita ꝛ oĩs virtus mentis perficit mentem|sicut clarissimi luminis fulgoꝛ:coꝛ
pus diaphanũ.Conueniunt itaqꝫ oẽs virtutes itellectus in hoc ꝙ intellectũ
mentẽqꝫ perficiunt.¶Septima.Quo differunt abinuicem virtutes mẽtis. 7
¶Rñsio.hoc ipso ꝙ scientia|intellectus ꝛ sapientia necessarioꝝ sunt| ꝛ im⸗
possibiliũ aliter se habere:ars vero ꝛ prudentia cõtingentiũ ꝛ que aliter sese
habere possunt.Preterea.Scia ꝯclusionũ habitus est demõstratione acqui⸗
situs.Intellectus aũt principioꝝ est habitus sine demõstratione cõparatus.
Sapientia võ ꝛ principioꝝ est ꝛ cõclusionum habitus:nõ de qbuscũis sed
optimis nature entibus differentiũ.Demũ ars|habitus est factiuus:pruden
tia võ actiuus.Que oĩa ex suis diffinitionibus euadũt manifesta.¶Octa 8
ua.Quo differt prudẽtia a morali philosophia.¶Rñsio.Nã moralis phi
losophia in sola rõne|intellectiuaqꝫ cognitione ꝯsistit:appetitus rectitudinẽ
nõ supponens|idest nõ requirens vt appetitus sensitiuus pareat appetitui
rõnali|ꝛ hic illi imperet.Põt enim quis habere philosophiã moralẽ|ꝛ oĩa
callere que Aristoteles de virtutibus pertractat:ꝛ tamen esse prauus.quẽad
modũ intemperans interdum differt de tẽperãtia:ꝛ illiberalis de liberali
tate quam tñ auersat.Prudentia võ nõ in sola rõne cõsistit:sed preterea ap⸗
petitus rectitudinem supponit.Naꝫ vt qs sit prudens:debet eius appetitus
esse moderatus virtutibus ꝛ oĩno parere rationi.¶Nona.At qd pruden⸗ 9
tia ꝛ sapientia cõducunt vtilesqꝫ sunt.¶Rñsio.Ad perficiendam mentem.
Nã prudentia ꝛ sapientia mentis sunt perfectiones|vt sexta questio osten⸗
dit.ꝛ felicem pficiunt.Sapientia quidẽ felicem cõtemplatiuũ:nã pficit partẽ
mentis superioꝛẽ ꝛ speculatiuã.Prudentia võ felicẽ actiuũ perficit.Ea eñ
inferioꝛem mentis partẽ perfectã reddit.s.actiuã.Sunt igit prudentia ꝛ sapi
entia vtiles ad perficiendã mentẽ.¶Decima.Est ne sapientia potioꝛ prudẽ 10
tia.¶Rñsio.Potioꝛ.Naꝫ virtus que nobilioris anime partis est:nobilioꝛ
est.Sapientia aũt nobilioris est partis anime scꝫ cõtemplatiue|que dignioꝛ
est parte mentis consultatiua cuius est prudẽtia:quemadmodum necessaria
cõtingentibus ꝛ celestia sensibilibus perfectioꝛa sunt.Preterea Uirtus que
permanentioꝛ est ꝛ diuturnioꝛ:perfectioꝛ est ea que minus permanens est ꝛ
diuturna.Bonũ enim quãto diuturnius:tanto prestantius.Atqui sapiẽtia
permanentioꝛ est ꝛ diuturnioꝛ ꝙ̃ prudentia.Nam prudentia hoc in mũdo
exoꝛdiũ sumit ꝛ finẽ:qꝛ tantisper moderatur actiones humanas quamdiu
in hac turbulenta mundi regione versamur.Nẽpe in celesti patria neqꝫ bel⸗
loꝛum erunt terroꝛes neqꝫ animi perturbationes|aut foꝛtune bona siue ma
la:quare ad ea recte moderanda illic prudentia opus non est|sed ipsa in hac
vita perficitur.Sapientia vero incipit in hac vita ꝛ cõtinuatur in eterna vbi
nunqꝫ finem est habitura.Et sane vita actiua(cuius prudentia directrix est)
Mar⸗ est vt Martha illa euangelica que solicita erat circa frequẽs ministerium: ꝛ
tha. turbabatur erga plurima.Uita autem contemplatiua(cuius sapientia pan⸗
Maria dit introitũ)est vt Maria que summe veritatis testimonio optimam partẽ
elegit non auferendam ab ea.Unde constat magnam esse sapientie dignita⸗
tem que nõ modo hominem celestibus assimilat:veꝝ etiã in terris moꝛtalẽ
adhuc vitã spirantẽ sacratissimis celestiũ choꝛis admiscet|aioqꝫ sublimia ce
li sidera trãscendentẽ euehit ad beatissima supramundanoꝝ entiũ consoꝛtia.

Cōcedat immensus sapientie fons mortaliū corda hac diuina et que de celis tantū venit luce illustrari: quo ad diuinorum cognitionem/ venerationem et cultum rapiantur ardentius. Si enim huiusce diuini radij vel exiguus fulgor hominum mentes illustraret atq; perfunderet: vix dici potest quanta pietate homines ad superna aspirarent: quibus votis et suspirijs immo vero et lachrymis hec infima penitus aspernati: sempiterna bona expeterent/ ꝙ pulchro tenore ornatu et decore omnia hic ordinata ꝯspicerentur: vt mortali in corpore homines celestem potius ꝙ humanam vitam agere putarētur. Uerum ignorantie caligine obducte et excecate mentes adeo hisce momētaneis herent bonis: que tametsi fugacia auidissime complecti et preter illorum naturam retinere contendunt/ vt diuinorum et verissimorum bonorū apud eos nulla habeatur ratio nulla prorsus existimatio: hec vna ē vel maxima nostri morbi atq; egritudinis causa ꝙ cum prestantissima sint nobis bona que si volumus possideamus: minus tamen fortunati sumus ꝙ ea nō cognoscamus. Uerissimum illud est et Delphico (vt ita dixerim) oraculo probatius. O fortunatos nimium (bona si sua norint) terrigenas. Ceterū quo pacto homines sua bona dinoscant: hec moralis philosophia (que precipuam de bono humano determinationem suscipit) manifeste dilucidat. | Quāta est sapientia dignitas.

11 ¶ Undecima. An virtus moralis sit sine prudentia. ¶ Responsio. Non. Quia nulla virtutum moralium sine intellectus discretione atq; diiudicatione inter bonum et malum esse potest. Non enim potest virtus moralis esse sine consultatione: que per intellectus discretionem fit. At ipsa intellectus discretio sine prudentia esse non potest: igitur neq; vlla virtus moralis est sine

12 prudentia. ¶ Duodecima. An prudentia sit sine virtute morali. ¶ Responsio. Non. Nam recta electio finis non nisi a virtute proficiscitur. Atqui prudentia non fit sine recta electione finis/ q2 finem rectum supponit: circa quem si fuerit error/ et circa media itidē que prudentia inquirit cōtinget error: igiē prudentia non est sine virtute morali. Sed vt qs prudēs sit: reqritur ꝙ oēm virtutē moralē cōsecutus fuerit. Qđ de prudētia pfecta et cōsummata (qua de hec questio loqtur) solū intelligēdum est: que circa oēs virtutē recte cōsultet iudicet et pcipiat. Est eni prudentia/ oiū virtutū moraliū ars: sicut logica oium argumentationū. Sed qui solā cognoscit argumentationis enthymematice formā/ ignorās quo pacto cōstitui debeat syllogismus: nō h3 logicā .i. cōpletā pfectamq; argumētationis cognitionē/ imo solū vnā habet logice partē. Ut aūt qs dicatur cōsummata rōne logicus: vt oium argumētationum genera cognoscat oportet. Ita qui solū nouit cōsultare circa operationes fortitudinis aut temperātie nō iccirco pfectam hēt prudentiā sed duntaxat eius partem: Qui vero circa oium virtutum materias et obiecta promptus est recte cōsultare: hic prudēs habendus est. Et ostendūt he due questiones pulchrum virtutum moralium cum prudentia nexū: vt eorum vnum ab altero seiugari non possit. Perinde atq; ad ambulationem faciendam neq; pedes sine oculis neq; oculi sine pedibus conducunt: sed oculi pedes dirigunt pedes vero ambulationem exercēt. Ita pfecto prudentia dirigit et virtus moralis exercet officia. Quare admodū probe prudētia dicitur virtutū lucerna ꝙ lumen prebeat quo operationes virtutum sint pergende: | Quid ad pfectā prudētiā reqrit. | Quare prudētia dicit virtutū lucerna

non dissimili prorsus rõne q̃ architectus/precipuusq; operis moderator di rigit manu operarios atq; artifices ad opus cõficiendum. Artifices aũt que ab architecto mandata sunt exequuntur. Enimuero prudentia vt virtutum omnium architectus est. Unaqueq; aũt virtus vt artifex. ¶ Decimatertia. 13
An vna virtutũ moraliũ sine alia esse possit. ¶ Rñsio. Nõ. Quia quicunq; prudentiam habet: oẽs virtutũ moraliũ cõsecutus est/per pcedentis q̃onis solutionem. Sed quicunq; vnã virtutem moralem habet: etiam habet prudentiã vt vndecima questio ostẽdit. ergo qcunq; vnã virtutẽ moralẽ h3: oẽs virtutum moralium h3. Nõ igitur vna virtus moralis sine altera esse põt. Quod de cõsummata virtute morali ⁊ cõpleta (sicut ⁊ de prudentia) intelligendum est. Nam auctores semper de perfectis loquuntur/imperfecta autẽ subticent. ¶ Decimaquarta. Qualis est prudentia. ¶ Rñsio. Est cõsultatiua 14
iudicatiua/preceptiua: vt ex tribus eius operibus constat. ¶ Decimaquinta. 15
Quid prudentiam saluat. ¶ Responsio. Temperantia. Nam id prudentiam saluat: quod rectam extimationem cõseruat. Temperantia autẽ preter ceteras virtutes rectam extimationem conseruat: habet enim temperatus rectum iudiciu3/q2 oculo mentis per eam virtutem bene dispositus est: igitur temperantia saluat prudentiam. Et ediuerso intemperantia ea3 obscurat atq; obnubilat. Nam vehementiores gustus ⁊ tactus perturbationes imprimis rectitudinem iudicij peruertunt. ¶ Decimasexta. Quare scientie ⁊ non 16
prudentie fieri potest obliuio. ¶ Responsio. Nam eius quod in sola ratione ⁊ mentis cognitione cõsistit põt fieri obliuio: non autem eius q̃d simul appetitum rectum trahit. At scientia in sola ratione/animiq; consideratione cõsistit: rectitudinem appetitus non supponens. Potest enim prauus eque atq; bonus scientiã sibi asciscere/vendicareq;. Prudentia vero nõ in sola ↄsistit ratione: sed vltra eam/appetitus rectitudinem supponit. Potest igitur scientie cẽ obliuio/⁊ nõ prudentie. Preterea nobis semper obijcitur materia operandi per prudentiã: ⁊ huiusmodi operationis assiduitate impeditur in nobis eius obliuio. Non aũt occurrit tam frequens materia cõsiderandi per scientiã: quare considerationis intermissione: ⁊ absentia exercitationis non nunq̃ fit scientie obliuio. ¶ Decimaseptima. Per quid virtutis moralis pfi 17
citur operatio. ¶ Responsio. Per virtutem moralem ⁊ prudẽtiã. Na3 per id virtutis moralis perficitur operatio: q̃d de fine rectam intẽtionem facit/⁊ quod media perueniendi ad finem monstrat. Talis autem est virtus moralis ⁊ prudentia. Siquidem virtus moralis rectam de fine intentionem facit: ⁊ prudentia/media perueniẽdi ad ipsum prebet. igitur per virtutem moralem ⁊ prudentiam perficitur virtutis moralis operatio. ¶ Decimaoctaua. 18
Qñ prudentia vtẽdum est. ¶ Rñsio. Semp'. Nam omni tempore indigẽt operationes nostre per rectam cõsultationem dirigi. ¶ Decimanona. Ubi 19
prudẽtia vtẽdum est. ¶ Respõsio. Ubiq;. Na3 omni loco sunt nostre actiones prudentie regulis definiende atq; determinande.

Heroica vtus. VII
b Eroica virtus ea est que supra nos existẽs: oẽm supgreditur humanorum virtutẽ. ⁊ hec oẽs virtutes ambit. Et qui hac vtute mortales superexcellũt/heroas

sanctos/diuosq3 noiamus. Qui vo flagicio & magnitudine cōmunes hominum malicias excedunt: feri/immanesq3 atq3 bestiales dicuntur. Sunt preterea qui inter efferatos/ idisciplinatosq3 barbaros morandi consuetudine tracta: qui ob morbos: ob lesiones principii: ob naturalem complexionem / vt atram bilem/ & naturale vicium: ita appellari consueuerunt.

1 Quid. Qōnes
2 Quot virtutis heroice species.
3 Quot modis homines feri dicuntur.
4 Circa que.
5 Quid ei contrarium.
6 Qui bestiales sunt deterio
7 An ne viciū hūanū (cres feritate sit deterius.
8 Qualis.
9 Quam anime partem perficit heroica virtus.
10 An sepe diui / feriue fiant homines.
11 Quando heroica virtute opus est.
12 Et vbi.

¶ Elemēta. ¶ 2. Quot virtutis species: presertī3 que magnitudinem / excellentiāq3 admittunt. ¶ 3. Quattuor: malicia / cōsuetudine / morbo / complexione. ¶ 4. Heroica fortitudo circa timores / & fiducias. heroica temperantia circa gustus ac tactus voluptates / atq3 tristitias: & ita de reliquis. ¶ 5. Feritas. ¶ Maxime virtuti: pessimu3 vicium oppositum est. ¶ 6. Feri / bestialesq3 malicia. ¶ Quod cum electione / & ratione corrupta malum est / ipsum deterius est. ¶ 7. Ferus morbo / principii lesione / aut complexione neq3 intellectum neq3 rationē habet / qua feralem / bestialemq3 impetu3 cohibeat atq3 frenet est tamen feritas quid vicio humano horribilius. ¶ 8. Laudabilissima & honorabilissima. ¶ Optima virtus laudabilissima & honorabilissima est. ¶ 9. Heroica vt9 moralis / appetitū rōnale3 pficit / intellectualis autē intellectu3. ¶ 10. Optimā virtutū attingere difficile / pariter & in extremum malum incidere. ¶ 11. Semper optima virtute opus est / maxime tamen cum feritates veniunt reprimende. Elemēta



Heroica virtus diffinitur esse virtus supra nos existēs fm dignitatem et excellentiam: qua excedit humanā circa virtutū studia consuetudinem. Et ea hoibus quidem conuenit: sed humanū et ꝯsuetum apud hoies sua magnitudine sublimitateqꝫ exuperat modū. Quare a ceteris virtutibꝰ non distinguit nisi sicut magnū et excellens a mediocri: et clarissimi lumē a lumine sublustri. Ambitqꝫ et cōplectiť ꝟtutes oēs tā morales ꝙ intellectuales. Nam quedā est fortitudo heroica | tēperantia heroica: vt candidissima sacratissime virginis Marie virginitas. Admirāda diui Joānis baptiste abstinētia atqꝫ sobrietas. quedā liberalitas heroica: vt in exordio na scentis fidei sanctorum apostolorum et eorum qui venditis omnibus que possidebant precium ad pedes apostoloꝝ posuerūt in spiritus paupertate deo militaturi. Sic quedam est magnificentia heroica | et quedā magnanimitas vt sanctorum martyrū: qui sua patiētia inhonorationes pferre nō dubitaŧ. Et ita de ceteris virtutibus: quarū heroicā | diuināqꝫ excellentiam in domino nostro | domino virtutum et exemplari summo cumulatissime est inuenire. Heroes autem sunt qui heroica virtute morales superexcellunt: quos appellatiōe latina sanctos et diuos nominamus | eosqꝫ pro suarum virtutum magnitudine positis aris veneramur: ad quoꝝ sanctitatē | excellētiāqꝫ demonstrādā deus signa et miracula per eos facere dignatur. ¶ Heroice quidem virtuti opponiť feritas | imanitas siue bestialitas: que est vitiū quo qs flagitiorum magnitudine cōmunes hominū malitias excedit. Et oīa ambit vitia tam in superabundantia ꝙ in defectu constituta. Est enim quedā fera audacia | intemperantia | prodigalitas | circa deorū ruditas | lētitudo vt Alexādri magni | regis Nabugodonosor et ceterorum qui diuinos sibi honores exhiberi voluerunt | seqꝫ deos haberi. Ita quedam est fera timiditas | isensibilitas | illiberalitas | pusillitas | pusillanimitas. Propter quē imania scelera legitur grauis dei punitio in homines facta: vt propter ferā intēperantiā diluuiū immissum sup terrā | et quinqꝫ vrbes sulphureo incēdio euerse | ꝑpter ferā lentitudinē rex Nabugodonosor in bestiā ꝯuersus. Neqꝫ hmōi flagicioꝝ grauitatē diuina iustitia diu relinquere solet impunitā. Nam vt heroica virtus ꝓxime ad diuinoꝝ imitationē accedit: ita feritas imanitasqꝫ ꝙ maxime ab ea recedit | et ad tenebrose regionis assimilationē decūbit: hinc cain terra diu sustinere nō solet. Et feri imanes atqꝫ bestiales sunt: qui flagicioꝝ magnitudine cōmunes hominū malicias excedunt. Quales Nero | Busiris: Diomedes trachius | et Phalaris Agrigentinoꝝ tyrannꝰ fuisse memoranť. ¶ Preterea ponuntur tres modi coꝝ qui non ex malicia | sed aliaquauis de causa feri immanes atqꝫ bestiales dicuntur. Primus eorum qui inter efferatos | indisciplinatosqꝫ barbaros morādi consuetudine tracta coꝝ efferos mores imitanť. vt qui inter Massagetas educatus fuerit et sanguinē equinū potat aut carnalibus humanis vescitur: hoc modo ferus est | ita qui apud Sarmatas | Garamantas | aut Suromatas diu versatus fuerit et barbaros coꝝ mores sectaŧ. Secundus est coꝝ qui ob morbos graues et lesionem principij. i. cerebri: imanes dicunŧ ꝙ more ferarū seuiant in homines et horrenda cū morbo tentantur cōmittant. Tertius est coꝝ qui ob

Christi para, virgo maria Joānes baptista

Alexander. Nabugodonosor.

Nero Busiris Diomedes Phalaris.

naturalem complexio nem vt atram bilem que melancolia dicitur/ ⁊ viciuz
natura insitum: immanes ⁊ feri dicuntur. Ut qui ex atre bilis abundantia
sunt Maniaci/ aut lymphatici: ⁊ ferro obuinciunt ne obuia queque discer-
1 pant/ aut in homines seuiant. ¶ Prima questio. Quid virtus heroica. Qōnes
¶ Responsio. Est virtus que supra nos existens/ omnem supergreditur hu
manorum virtutem. Et ita per ordinem cetera que prius diffinita sunt inter
2 rogentur. ¶ Secunda. Quot sunt virtutis heroice species. ¶ Responsio.
Totidem/ quot virtutis species: presertim que magnitudinem excellētiam-
q̄ admittunt. Quod adiectū est ꝓpter comuītatē/ artemq̄ seruilem ⁊ cōsimi
les que magnitudinis ⁊ excellentie rationem non admittunt: iccirco neq̄ co
mitas heroica neq̄ ars seruilis heroica ponenda est. Et hec responsio mani
3 festa est ex eo q̄ dictū est virtutē heroicā omnes virtutes ambire. ¶ Tertia.
Quot modis hoīes feri dicunt. Respōsio. Quatuor modis. Primo dicunt
feri malicia ⁊ ex animi vitio. Secūdo ꝯsuetudine habitādi inter barbaros.
Tertio. morbo aut lesione principij. Quarto. naturali cōplexione. Qui qui
4 dem quatuor modi nunc declarati sunt. ¶ Quarta. Circa que versat v̄tus
heroica. Responsio. Circa eadē/ circa que virtutis species versant. Ut heroi-
ca fortitudo circa timores ⁊ fiducias/ heroica tēperantia circa gustus ⁊ tact⁹
voluptates atq̄ tristitias: ⁊ ita de reliquis. Nam circa hec ipsius virtutis he
5 roice operatio laudat atq̄ cōmendat. ¶ Quinta. Quid virtuti heroice cō
trarium est. Responsio. Feritas. Nam maxime virtuti pessimū vitiuz oppo
situm est. Heroica autem virtus est maxima virtus: ⁊ feritas/ pessimum est
vitium superās cōmunes hoīum malicias. igitur feritas cōtrariatur heroi-
6 ce virtuti. ¶ Sexta. Qui bestiales sunt deteriores. Respōsio. Feri bestialesq̄
malicia. Nam qd̄ cum electione ⁊ ratione corrupta malū est: ipsum deteri-
us est. Feritas autem malicia/ est malū cum electione ⁊ ratione corrupta. Feri
tas v̄o ob ꝯsuetudinem/ ob morbū/ ob cōplexionez: non est cum electione ⁊
ratione corrupta: sed ob aliud quiddā. Igitur feri bestialesq̄ malicia sunt de
7 teriores. ¶ Septima. An ne vitium humanū feritate sit deterius. Respon-
sio. Si feritas sumatur pro feritate que est ex malicia: ipsa longe est vitio hu
mano deterior/ immo vero omnium vitiuz teterrima. Si vero capiatur pro
feritate que est ex consuetudine/ morbo/ lesione principij/ aut complexione
(quemadmodum probatio innuit eam capi debere) vitium humanum est
huiusmodi feritate deterius. Nam quod intellectum ⁊ rationem habet qua
appetitum ⁊ concupiscentias refrenet/ ⁊ quod quis si vult effugere potest:
est deterius eo quod quis effugere pro suo arbitrio non potest/ neq̄ intelle-
ctum ⁊ rationez habet qua id refrenet. Sed qui vitio humano peccat potest
illud si vult euitare/ habetq̄ intellectum ⁊ rationem ad refrenandum appe-
titum. Ferus autez morbo/ principij lesione aut complexione: neq̄ intellectū
neq̄ rationē habet qua feralē/ bestialemq̄ impetum cohibeat atq̄ refrenet:
neq̄ in potestate cuiusq̄ constitutum est vt eam feritatez si velit euitet. igitur
huiusmodi feritate vitium humanum deterius est. Attamen talis feritas est
quid vitio humano horribilius. Nam ipsa feritas aspectibus humanis in-
8 cutit horrorem: quem nequaq̄ infert vitium humanum. ¶ Octaua. Qua-
lis est heroica virtus. Responsio. Est laudatissima ⁊ honorabilissima.


Nam optima virtus: laudatissima et honorabilissima est. Si enim virtus digna sit laudari et honorari: potior vtus laudatior et est veneratior: et optima virtus laudatissima est et honoratissima. Uirtus aūt heroica est optima vtus: ipsa igit laudatissima est et honoratissima. ¶ Nona. Quā aie partem perficit heroica vtus. Rñsio. Heroica vtus moralis appetitū rōnalem pficit: intellectualis aūt intellectū. Naz ois virtus id cuius est vtus pficit. Sed heroica virtus moralis est ipsius appetitus rōnalis et in eo vt subiecto: igitur ipsum pficit. Et heroica vtus intellectualis est ipsius intellect⁹ et in eo vt subiecto: igit pficit intellectū. 9

¶ Decima. An sepe diui feriue fiant hoies. Respōsio. Non sepe sed raro admodū. Nam optimā virtutū attingere difficile est: pariter et in extremū malū incidere. Atqui heroica virtus est optima vtutū feritas autē extremū malum: igit difficile est hoies aut diuos aut feros fieri id qđ nō sepenumero ptingit. 10

¶ Undecima. Qñ heroica vtute opus est. Respōsio. Seper. Nam semp optima vtute opus est: maxime tñ cū feritates veniunt reprimēde que per heroicaꝝ virtutū excellentiā et claritudinē repellūtur: queadmodū maxime lucis immenso fulgore dense diffugiunt tenebre. 11

¶ Duodecima. Ubi heroica vtute opus est. Rñsio. Ubiqꝫ. Nā omni in loco optima vtute opus est: precipue vbi feritates sunt reprimēde. Et diuina bonitas eo loco et tēpore: heroū diuorūqꝫ eximias vtutes fecit clarescere quo immanes et feri suam exercuerunt bestialitatē: vt horum immanitates illorum excellenti bonitate retunderentur reprimerenturqꝫ. 12

Continentia VII



Ontinentia est cum quis rationi parēs vehemētes gustus ac tactus delectatiōes ad turpe trahētes superat. Qui vō tristitiis resistens nō vincit: pseuerans est. Atqui ob passionē nō ob electionē voluptatum gustus aut tactus sequitur abundantias: incontinens. Qui si ob consultationis defectum vincuntur: temerarii. Si vero deliberatione prehabita ob perturbationem nō persistunt tandem victi: debiles infirmiqꝫ dicuntur. Qui aūt a leuibus tristitiis superantur: molles sunt. qđ si ad laborem fugiendum id fiat: delicati.

Qōnes

1 Quid.
2 Quot incōtinētiū modi.
3 Qui deteriores.
4 Circa que.
5 An circa delectabilia contra naturam: sit simpliciter incontinentia.
6 Nonne continētia qꝫ pseuerantia potior.
7 Nonne mollis incōtinēte deterior.
8 Nōne cōtinētia laudabilis mediocritas est.
9 Quo differt continentia a

temperantia.
10 Quo incontinens ab intemperato.
11 An bellue incontinentes sint.
12 Nonne intemperans deterior incontinente.
13 Nōne incōtinentia tactus incōtinētia ire turpior.
14 An ɔtingit eundē incōtinentem esse ⁊ prudentem.
15 Qualis ad ludū ꝓpēsior.
16 An incontinens simpliciter malus sit.
17 Nōne cōtinens opinioni vere ꝑ se īmanet.
18 Utrū incōtinēs: ex cōsilio recte rōnis agat.
19 Quis facilius sanat: icōtinens natura |cōsuetudine| aut intemperans.
20 An oīs qui a fortib⁹ delectationibus aut doloribus vincit: incōtinens sit.
21 Quando ⁊ vbi continere oportet.

¶ Elementa. ¶ 2. Quatuor. Temerarij|infirmi|molles |delicati. ¶ 3. Temerarii ⁊ molles. ¶ Qui magis voluntarie peccant|⁊ qui minori occasione|debilioriqꝫ passione vincuntur: deteriores sunt. ¶ 4. Circa voluptates atqꝫ tristitias gustus ac tactus. ¶ 5. Qui rationē ad repellendas concupiscentias sufficientem non habent: non simpliciter incontinens dicuntur. ¶ 6. Uincere q̃ꝫ non vinci potius est. ¶ 7. Et qui a leuioribus vincitur perturbationibus: deterior. ¶ 8. Ubicunqꝫ superabuntia atqꝫ defectus (que vituperamus) reperiūtur ⁊ illic laudabilis mediocritas reperitur. ¶ 9. Continentia cū passione est: temperantia vero non. ¶ 10. Intemperatus voluptates gustus aut tactus per habitum ⁊ electionem sequitur appetitum habet corruptum quem neqꝫ facti sequitur penitudo: quin potius operis delectatio: ¶ 11. Id quod rationem non habet|neqꝫ electionem: incontinens non est. ¶ 12. Qui turpe operatur sed quem peccati non penitet: deterior est. Et malum continuum ⁊ latens: deterius ¶ 13. Quod rationem nō sequitur|quod minus naturale: iniustius. Et cui magis ira sci dignum est, turpius. ¶ 14. Non contingit eundem simul Elemēta

esse studiosum/ et incõtinentem. ¶ 15. Qui quietem querit et laboris relaxationem. mollis est. ¶ 16. Cuius electio bona est. non simpliciter malus est. ¶ 17. Cõtinens opinioni vere immanet non propter alterum. ¶ 18. Nullus recte rationis cõsilio ductus. turpe operatur. ¶ 19. Incontinens consuetudine q̃ʒ natura. et incontinens natura q̃ʒ intemperans. ¶ Facilius consuetudinem q̃ʒ naturaʒ est mutare. In quo principiũ corruptum est. vix sanari põt. in quo vero saluuʒ. potest. ¶ 20. Qui a fortibus (vt potest) renitẽs/ aut voluptatibus/ aut tristitiis vincitur is non vituperatur.



Ad cõtinẽtie diffõnem intelligendã id supponere oportet qđ in principio dictũ est: in hoie duas esse potẽtias appetitiuas scʒ rõnem/ et appetitũ sensitiuũ. Quarũ ratio ad bonũ semper/ rectũq̃ʒ conat et trahit. Appetitus võ sensitiuus ad mundanas: et sensum demulcẽtes rapit illecebras. Qui cum domitus nõ fuerit/ rõnẽ ad se pertrahẽs: silis est fere indomite que hoiem pro arbitrio secũ quocũq̃ʒ rapit. Cum võ domitus fuerit per rationẽ: similis est mãsuete fere que/ suo paret domitori/ seq̃ʒ manu prestat tractabilẽ/ quocũq̃ʒ volet hõ: paratã se ferre. Est pterea ratio vt dñs/ appetitus autẽ sensitiuus vt seruus. Est enim appetitus suapte natura ipsi rõni subiectus. Et cũ voluntatẽ que ad dñandũ data est/ superat: tunc tanq̃ʒ seruus dominũ trahit captiuũ. Phs aũt cõparat rõnem ad patrẽ: et appetitũ sensitiuũ ad filium. Appetitũ qdem concordẽ rõni: ad filiũ bonũ/ patriq̃ʒ morigerũ. Discordẽ võ: ad filiũ rebellẽ et ꝯtumacem qui patrẽ in vincula conijcit. Insuper assimilat Aristoteles rõnem ad magistrũ et pedagogũ: appetitũ autem irrõnalem ad discipulũ. Ut enim discipulus a pceptore castigãdus est: alioquin insolescet fietq̃ʒ itractabilis. Ita et appetitus a rõne dʒ reprimi atq̃ʒ frenari: qđ nisi fiat/ rapietur sine modo preceps ad cupiditates/ et ipsam rõneʒ rectã pessumdabit atq̃ʒ opprimet. Cũ itaq̃ʒ acris est pugna inter appetitum per vehemẽtes gustus ac tactus delectationes ad turpe trahentẽ/ et rõneʒ reluctantẽ/ renitentẽq̃ʒ turpi: et cum qs appetitu frenato rõni paret ac obedit/ neq̃ʒ perpetrat turpe ad qđ per appetitũ illicit: ea passio qua qs rationi morem gerit/ et delectationes ad turpia impellẽtes superat: dicit ꝯtinentia. Que qdem non est virtus/ sed via ad virtutẽ: vtpote temperantiã ad quã animũ preparat. Et in diffõne ꝯtinentie sub delectationibus: tristitie gustus et tact⁹ cõprehendi debẽt/ que non minus q̃ʒ delectationes ad turpia trahũt. In disciplinis enim vnũ oppositorũ sub altero/ et negatio sub affirmatione cõprehenditur. Neq̃ʒ ab rõne dictum puteẽ in diffõne/ vehemẽtes delectationes: qm̃ si leues/ debiles/ et infirme fuerint/ et quis eas superauerit: nõ iccirco continẽs dicendus est. Qʒ si quis hmõi delectationib⁹/ et tristitijs vehementibus resistẽs non vincit q̃ʒuis eas non superet: is pseuerãs est. Quocirca ois ꝯti-

Q̃ʒ duo sũt i homie appetitus

Aristoteles

nens est pseuerās: ⁊ nō ediuerso. Quicūq enim superat vehemētes delectationes: aut tristitias ad turpe trahētes: ab eisdē nō vincit. Sed si quisq nō superat a tristitijs/ aut voluptatibus: nō ptinus sequit ipsū eas voluptates aut tristitias vincere. quēadmodū quisqs superat hostē / non superatur ab hoste: non tamē oz oēm qui non superat ab hoste/ ipsum hostē superare Est itaq ois cōtinens/ perseuerās: nō tñ ois perseuerās est ptinēs. ¶ Porro ptinēti opponit incōtinens: ⁊ est qui ob passionē/ pturbationēq animi ⁊ nō ob electionē: voluptatū gustus ac tactus sequit abundātias. Ut cum grauis est pugna inter appetitū irrōnalē ad turpia trahentē/ ⁊ rōnē obluctātem/ atq reclamantē: ⁊ quis rōne neglecta victus cupiditatib⁹ suis ptrahit ad ea que suadet appetitus sensitiuus: is est incōtinēs. Et hmōi passio qua appetitum irrōnalem sequit: dicit incōtinentia/ que via quedā est ad intemperantiā. Adiectū est in predicta diffinitione/ ob passionez ⁊ non ob electionem: quo excludat ab incōtinentis rōne intēperans. Is enim ob electionez ⁊ ex pposito/ deditaq opera voluptatū gustus ⁊ tactus sequit abundantias. ¶ Deinde diffiniunt incōtinentiū quatuor modi. s. temerarij / debiles/ molles/ ⁊ delicati. Temerarij sunt incōtinentes qui ob consultationis defectum vincunt/ quiq insurgente motu pcupiscentie non consultant an id qd suadet cōcupiscentia faciendū sit nec ne/ sed sine psultatione acqescunt appetitui: persimiles illis qui vincuntur ab hoste q illi non resistant / vbi si resisterent forte eum superarent. Debiles autem ⁊ infirmi sunt incōtinentes qui deliberatione pehabita ob perturbationem non persistunt tandem victi. Et assimilantur eis qui in principio quidem hosti acriter resistunt: cui tandē defectis viribus succumbunt. Qualis fingitur Medea apud Ouidiuz primo consultans an deserto patre ⁊ solo natali Jasonem exterum ⁊ alienigenam cuius vehementi amore capta fuit sequi deberet: sed tandem amoris perturbatione victa succubuit appetitui. Alternantq vices in sua consultatione nunc ratio nunc concupiscentia: hoc modo.

qdcō tinens.

qtuor incōtinentiū mōi

Medea Jason Ouidi⁹

Ra. Excute virgineo conceptas pectore flammas. v
Si potes infelix: si possem sanior essem.
Ap. Sed trahit inuitam noua vis: aliudq cupido
Mens aliud suadet: video meliora/ proboq
Deteriora sequor.
Ra. Quid in hospite regia virgo
Ureris/ ⁊ thalamos alieni concupis orbis?
Hec quoq terra potest quod ames dare: Rursum.
Quem nisi crudelem non tangat Jasonis etas
Ap. Et genus ⁊ virtus: quem non (vt cetera desint)
Forma mouere potest: certe mea pectora mouit.
Ergo ego germanam/ fratremq/ patremq/ deosq/
Ra. Et natale solum ventis ablata relinquam?
Nempe pater seuus: nempe est mea barbara tellus.
Ap. Fr adhuc ifans: stāt mecū vota sororis. Deinde seipsam hortat.
Quid tuta times: accingere ⁊ omnem
Pelle moram/ tibi se semper debebit Jason:

Te face solenni iunget sibi|per q Pelasgas
Seruatrix vrbes matrum celebrabere turba.
Ra. Coniugium ne putas|speciosaq nomina culpe.
Imponis Medea tue:quia aspice quantum
Aggrediare nephas|et dum licet effuge crimen.

Scylla Nisus. Minos Et Scylla filia Nisi amore Minois Cretensium regis capta:primu cosultat apud Ouidiu an amori idulgere debeat|aut illu animo excutere. Deinde labasces non persistit in recte rationis determinatione: sed amori|manus dat victas. Molles sunt incotinetes qui a leuib[us] tristitijs vincunt. Et hi coparant qui ab infirmo et debili hoste superant. Ut siquis f[secundu]m recte rationis determinatione[m]q[ue] et ecclesiastica instituta abstineat a cibo:cui ex voluptatum absentia suboriatur tristitia. Et is ab huiusmo di dolore rapiat ad voluptatus gustus|sumendu[m]q[ue] cibum:non curans talem tristitia animo pellere|is dicit mollis. Delicati sunt incotinetes qui ad laborem fugiendu[m] a tristitijs vincunt. Et persimiles sunt illis qui ad fugiedos resistedi labores| et acerbitate pugne sinut se ab hoste supari:malut[que] turpiter vinci q[uam] cu labore et diligetia resistere. Ut siq[ui]s vincat a cupiditate cibi et potus ad fugiendos ieiunij et abstinentie labores:cam[que] difficultatem que in carnis refrenatione|repressione[que] [con]cupiscentie est tolerada. Prima q[uestio]. Quis [con]tinetia. 1
Dones Respo[n]sio. Est passio qua quis rationi parens:vehementes gustus et tactus delectationes ad turpe trahentes superat. Et ita cetera que nuc diffinita sunt| per ordinem querantur. Secunda. Quot sunt incontinentium modi. Responsio. Quatuor.s.temerarij|infirmi|molles|et delicati: qui modo declarati sunt. 2
Tertia. Qui incontinentium sunt deteriores. Respo[n]sio. Temerarij et molles. Nam qui magis voluntarie peccat| et qui minori occasione debiliore[que] passione vincuntur:deteriores sunt. Atqui temerarij et molles magis volu[n]tarie peccant| et minori occasione debiliore[que] passione vincuntur q[uam] infirmi et delicati. Nam temerarij ob consultationis defectu[m] vincunt: qui si curassent consultationem vt oportuit facere|vicissent co[n]cupiscentia[m]. Debiles au[tem] 3
Ouidi[us] Medea et infirmi consultant:quemadmodum Ouidius de Medea dicit.

Concipit interea validos Oetias ignes.
Et luctata diu|postq[uam] ratione furorem
Uincere non poterat:frustra Medea repugnas.

Molles v ero a leuibus voluptatibus et tristitijs superantur. Sed debiles et delicati a vehementibus.igitur temerarij et molles sunt infirmis et delicatis deteriores. Quemadmodu maiori vituperio dignus est qui arma capere negligit hosti[que] resistere|aut qui a debili hoste superat:q[uam] q sumptis armis p[ri]mo co[n]gressu resistit et tandem ab acri et valido superatur. Est enim concupiscentia effrenis vt assiduus et acerrimus hostis. Consiliu vero animi ante factum vt lorica muniens pectus| et arma quibus hostis [con]tundat. Et hic temerarius non sumit pro audaci et eo qui plus equo [con]fide[n]do exupera:quo modo forti in abunda[n]tia opponi dictus est. sed pro incontinente (vt modo diximus) qui ob consultationis defectum vincitur. Quarta. Circa que versantur continentia et incontinentia. Respo[n]sio. Circa voluptates atq[ue] tristitias gustus et tactus. Na[m] circa eade[m] est [con]tinentia et inco[n]tinetia|circa que est

temperantia & intemperãtia: ad quas tandẽ he passiões (siquis in eis perstiterit) perducunt. Atqui tẽperãtia & intẽperãtia versant circa voluptates & tristitias gustus & tactus: vt cũ de ipsis fieret determinatio dictũ est. Igitur cõtinentia & incõtinẽtia etiã circa casdem versantur. Alio tñ modo ꝙ dicti habitus. Nã tẽperantia & intẽperantia circa eas versant ex electione: cõtinẽ
5 tia vo & incontinentia ex passione. ¶ Quinta. An circa delectabilia contra naturam sit simpliciter continentia aut incõtinẽtia. ¶ Rñsio. Nõ. Dicuntur aũt delectabilia cõtra naturam: que non suapte natura sed alicui ex affectione aut morbo delectabilia sunt. vt esus carbonum terre carnis crude suapte natura non affert delectationem: mulieri tñ grauide ex morbo & affectione est delectabilis. Si itaqꝫ Phalaris flagraret desiderio comedendi puerũ & suo animo indulgeret puerumqꝫ manducaret: nõ diceret simpliciter incõtinens. Etsi abstineret ab esu pueri: non icirco dicendus esset continẽs. Similiter si mulier grauida afficiatur cupiditate comedendi terram aut carbones & sue concupiscentie condescendens comedat: non icirco est simpliciter incontinens. Et si abstineat illis: non est dicenda cõtinens. Patet responsio qõnis. Nam qui rõnem ad repellendũ concupiscentiam sufficientem nõ habent: non simpliciter cõtinentes aut incontinentes dicuntur. At qui afficiuntur delectabilibus contra naturam: rationem ad reprimendam concupiscentiam sufficientem nõ habẽt. Nam morbus aut affectio nimium cõtra rõnem inualescit. Et siqñ abstinẽt ab his quorum afficiuntur desiderio: nõ id faciunt rõne dirigente & moderante appetitum sed corrupta passione paululum remissiore facta & languescente. Habent enim quedam lucida interualla suarũ qꝫ affectionũ intermissiones. Queadmodũ vbi sol prius fuit obductus nubibus: interdum repurgatus clarũ diffundit radiũ & rursum nubibus obtegit. Nõ igitur circa delectabilia ꝯ naturã est simplr cõtinentia aut incõtinẽtia. Uerũtamẽ tales cũ adiectione & secundũ quid dicunt cõtinentes aut incontinentes: vt continentes a delectabilibus cõtra naturam & incõtinentes
6 circa delectabilia contra naturã siue incõtinentia fera & nõ humana. ¶ Sexta nõne cõtinentia ꝙ perseuerantia potior est. ¶ Responsio. Est. Nam vincere ꝙ non vinci potius est. Continentia autẽ vincit vehementes passiones ad turpe impellentes: quare ab eis nõ vincitur. Perseuerãtia aũt non vincitur ad huiusmodi passionibus: sed nõ semper vt hmõi eas vincit. Igitur cõtinentia potior est ꝙ perseuerantia. Perinde ac maiori laude dignus est miles qui hostem deuicit: ꝙ qui equis viribus cũ eo cõtendens victus quidẽ
7 nõ est sed nõ prostrauit hostem. ¶ Septima. Nonne mollis est incõtinente deterior. ¶ Responsio. Est. Nã qui a leuioribus vincit pturbationibus: est deterior. vt qui a debiliore vincitur hoste: magis vituperandus est. Mollis aũt a leuioribus vincit pturbationib⁹ ꝙ incõtinẽs qui a passionũ vehemẽtia trahit ad illecebras igit mollis est incõtinente deterior. Nõ quidẽ omni incõtinente cũ & ipse mollis sit incõtinẽs vt secũda questio oñdit: sed incõ
8 tinente qui idẽ nõ sit mollis. vt temerario debili & delicato. ¶ Octaua. Nõ ne cõtinentia laudabilis est mediocritas. ¶ Rñsio. Est. Nã vbicunqꝫ super abundantia & defectus (que vituperant) inueniũtur: & illic laudabilis mediocritas reperitur. Sed in passionibus trahentib⁹ ad voluptates aut tristi-

Que sũt delectabilia ꝯ naturã

tias gustus et tactus inuenitur superabundantia scȝ incontinentia: et defectus scilicet incontinentie defectio siue cupiditatum vacuitas|que disponit ad insensibilitatem. sed q2 rara est iter hoies: iccirco nō exprimitur|sed sub suo opposito scilicet incōtinētia cōprehenditur. ergo in huiusmodi passionibus ē laudabilis mediocritas vtpote cōtinentia. Est igitur cōtinentia|laudabilis mediocritas. ¶ Nona. Quo differt continentia a temperātia. ¶ Rn̄sio. In 9 hoc ꝙ cōtinentia passio est: tēperantia vero nō|sed habitus. Preterea ꝯtinentia est cū passione et perturbatione animi trahente ad turpe. Nā in cōtinente est pugna rōnis cōtra appetitū reluctanteȝ rōni. Tēperātia vō est sine passione affectiōeq;. Neq; in temperato est obluctamen et discordia appetitū sed concordia: appetitus quidem obsequētis|et rōnis dominantis. Quare temperantia longe perfectior est et laudabilior|que nō modo superauit hostem sed etiam reddidit subiectū|et obsequentē atq; amicū ei cui prius insultauit. Continentia vero nondum ad id perfectionis euecta est: sed superat quideȝ hostem renitentem adhuc et pro viribus rebellantē. Itaq; in tēperātia|ꝯsummata est victoria|pax|tranquillitas|cōcordia appetitū. In ꝯtinentia vō nondum perfecta est victoria|neq; trāquillitas|neq; ꝯcordia. Que tandē ei futura est: qui in hmōi certamine tantisper perstiterit donec tēperatus euaserit.

Q. tēperātia lōge pfectior ē ꝙ ꝯtinētia

¶ Decima. Quo differt incōtinens ab intemperato. ¶ Rn̄sio. Primo. Naȝ 10 intēperatus voluptates gustus et tactus per habitū et electionem sequitur. Incōtinens vero nō: sed solū per affectionem et passionem animi. Scdo. Quia intemperatus appetitū rōnalem habet corruptum|rōnemq; depravatā. Incontinens aūt nonduȝ habet appetitum corruptuȝ: imo et sanum habet cōsilium et rectum iudiciū|quo iudicat ea nō esse facienda que facit. Uerū perturbatione victus nō seqtur hmōi iudiciū neq; recte rationi cōformiter operatur. Tertio. q2 intemperatū nō seqtur turpis facti penitudo: quinpotius operis delectatio. Nam turpes operationes prodeuntes ex habitu secuȝ habent annexam delectationem: que signum est perfecte malicie. Incōtinentem aūt turpis facti sequitur penitudo. Nam ducitur pnīa operis perpetrati: doletq; se illud admisisse. Qd signuȝ est malitie nōduȝ cōplete. Uerum si incōtinens continuet operationes incōtinentie| paulatim imminuitur et decrescit huiusmodi penitudo: et tandem tota prorsus aboletur|cū scȝ ex incōtinente quis factus est intēperās. ¶ Undecima. An belue sint incōtinentes. ¶ Rn̄sio. Nō. Quia illud qd rōnem nō habet neq; electionē: nō est incōtinēs. Belue aūt neq; rationem habent neq; electionem. Nā suprema earū potētia est appetitus sensitiuus: cuius sequentes cōcupiscentiā agunt secundum propriam ipsarum naturā. igitur belue nō sunt incōtinentes: ꝙuis voluptatū|tristitiarūq; gustus et tactus sequantur exuperantias. Et id sane nō sine rōne fit. Nam nō sunt nate esse cōtinentes: cum brutis nihil honestum sit et nihil turpe ad qd trahātur. Cuicūq; aūt nō est natum cōuenire vnum oppositorum neq; alterū eidem cōuenire natum est. ¶ Duodecima. Nōne intēperans est 12 deterior icōtinēte. Rn̄sio. Est. Prio. Q2 q turpe opaf sed quē pctī nō penitet deterior ē eo qui opaf qdem turpe et postea ducitur pctī penitudine. Nā huiusmodi penitudine facilius quis a malo auerti potest et conuerti ad rectam viam: modo in ea perstet. Sed itemperatus turpe operatur et cū peccati nō

penitet incontinentem autem penitet facti: igitur intemperatus est inconti/nente deterior. Secundo. malum continuum et latens: deterius est malo qd interruptionem habet et se prodit aperte. quemadmodum morbus continuus et latens in corpore: deterior est morbo habente intermissionem et mani/festo. Atqui intemperantia malum est continuum et latens interius. Nam intemperatus prosequitur cõtinue voluptatum exuperationes / illasq totos dies et noctes assidue appetit. Neq aliquod sui mali ostendit in corpore si/gnum: quia deperdidit pudorem / et non mouetur passione. Incontinentia vero malum est non continuum et patens. Nam incontinens cessante perturbatione animi non prosequitur delectationes quas prius prosequebatur: immo detestatur eas. Et manifesta sui morbi dat in corpore indicia / quod ex vehementi passione mouetur et immutatur: igitur intemperans est dete

13 rior incontinente. ¶ Decimatertia. Nõne incontinentia tactus est turpior incõtinentia ire. ¶ Rñsio. Est. Primo. qr qd rõnẽ nõ sequitur: iniustus est eo quod sequitur rationem. At incontinentia tactus nõ sequitur rationem: sed ex impetu concupiscentie precipitat ad turpia. Incontinentia vero ire ratio/nem sequitur. Nullus enim irascitur quin occasionẽ habeat aut dignã aut veri similẽ irascendi. Et videt iratus vtplurimũ iustã habere cãm indignatiõis et vindicte. Scdo. Qd minus naturale est: iniustus est eo qd magis naturã sequi videtur. At intemperantia tactus est minus naturalis homini et ma/gis bestialis. Incõtinentia aũt ire magis nature cõformis: qr per eã qs indi/gnetur ob apparẽs malũ. Tertio. Cui magis irasci dignũ est: ipm turpius est eo cui minus dignũ est irasci. Sed incõtinẽtie tactus magis dignũ est irasci: qr hominem a sua dignitate deiicit et brutescere facit. Incõtinentie vo ire / minus: qr generosi videtur animi iudicium indignari ob aliqd perperam factum / et illud moleste ferre. Quocirca Archidamidas ad eum qui Chari/laũ laudaret: qr eque in oẽs mitis ac mãsuetus extitisset / recte (vt Plutarch[9] auctor est) respondit. Quamodo inquit iure quis laudetur: si in improbos quoq mitem se prestiterit. igit incõtinentia tactus est turpior incõtinentia ire

14 ¶ Decimaquarta. An cõtingit eundem prudentẽ esse simul et incõtinentez ¶ Rñsio. Nõ. Quia nõ cõtingit eundem studiosum esse et incontinentem. Omnis aũt prudens studiosus est: cum prius ostensum sit neq prudentiam sine virtute morali / neq virtutem moralez sine prudentia haberi posse: igit

15 nõ cõtingit eundem prudentem esse simul et incontinentem. ¶ Decimaquinta. Qualis est is qui est ad ludũ propensior et pronior. ¶ Rñsio. Mollis. Nam qui quietem querit et laboris relaxationem: mollis est. Qui aũt ad ludum est pcliuis: quietẽ querit et laboris relaxationẽ. Igitur qui ad ludũ p/pensus est (nõ quidem ex habitu vt illiberalis qui gratia lucri ludis minus honestis intentus est: sed ex quadã pcliuitate et inclinatione ad recreationẽ)

16 mollis est. ¶ Decimasexta. An incontinens sit simpliciter malus. ¶ Rñsio. Nõ. Quia cuius electio bona est: nõ simpliciter malus est. Incõtinentis aũt electio boa est: precipue cũ extra perturbationẽ fu erit. Nã tunc eligit ea que bona sun et honesta. vbi vero animus passione commou etur: huiusmodi electio ex vehementia affectionis impeditur et peruertitur. igitur incontinẽs

17 non est simpliciter malus. ¶ Decimaseptima. Nonne continens opinioni

Archi/damidas. Charilaus Plutarchus

vere per se immanet. ¶ Responsio. Immanet. Nam cōtinens opinioni ve-
re immanet non propter alterum. Persistit enim continens in ea sententia et
extimatione/ turpia ad que trahunt delectationes gustus et tactus nō esse p
petranda: neqʒ ex perturbationis animi vehementia ab hac vnquā opinione
dimouetur pformatqʒ se illi opinioni: cōsimiliter faciens vt opinatur esse fa
ciendum. Incontinens autē et si veram habeat opinionem non esse prosequē
das voluptates: illi tamen non immanet sed oppositum eius quod opina-
tus est facit. Igitur continens opinioni vere per se immanet: non autem incō
tinens. ¶ Decimaoctaua. Utrū incontinens ex recte rationis consilio agat. 18
¶ Responsio. Non. Quia nullus recte rationis consilio ductus: turpe ope-
ratur/ vt qui per rectam progreditur viaʒ non aberrat a termino neqʒ in ob
liquum deflectitur. Incontinens autem turpe operatur: igitur incontinēs nō
agit cōsilio recte rationis. Quāuis enim interdum consultet: tamen non seq-
tur cōsilium rectum/ immo contrarium eius quod recta ratio dicta facit.
¶ Decimanona. Quis facilius sanatur/ incontinens natura/ consuetudine/ 19
aut intemperans. ¶ Responsio. Incontinens consuetudine facilius sanatur
et ad rectum mentis statuʒ reducit quā incontinens natura. Et incōtinens na
Quis ē icōtinēs ɔsuetu-dine. tura facilius sanatur/ quā intemperatus. Dicitur autem incontinens cōsuetudi
ne qui ex frequenti operatione contraxit consuetudineʒ sequendi delectatio
nes ad turpia trahentes: etsi natura ad id inclinatus non fuerit. Incontinēs
Quis i-cōtinēs natura. autem natura est qui ex naturalibus impotētijs sibi insitis procliuitatē ha-
bet sequēdi delectationes gustus et tactus ad inhonesta impellentes. Primū
patet. quia facilius est consuetudinem quā naturam mutare. Sed vt incontinēs
consuetudine sanetur: solū opus est mutare consuetudinem. Ut aūt sanetur
incontinens natura: opus est naturam et ingenitam natura pnitatem muta-
